Debembris autem mensis die vicesimo quinto filios suos Stephanum et Constantinum Romanus imperii corona cinxit: sed et Theophylactum filium clericum totondit patriarcha, et subdiaconum ordinavit, tandemque syncellum promovit, cum prius ad sanctum ingressum cum subdiaconis adlectus processisset. Aprilis vero mensis die vicesimo nono Ioannem mysticum patricium Romanus proconsulem designavit. mensis vero Maii die decimo quinto, indictione tertia, mortem obiit Nicolaus patriarcha, post secundam renuntiationem throno potitus annos tredecim, eiusque corpus in Galacrenarum monasterio ab eo condito depositum est. Augusto deinde mense Stephanus Amaseae metropolita eunuchus initiatus est patriarcha. post haec mense Octobri Ioannes mysticus et post imperatorem administrator, velut imperii affectati, suggestu patricii et logothetae publici cursus Cosmae, qui filiam uxorem ei locaverat, accusatus est. huius gratia palatio quidem extruditur, ad eum tamen liber illi servatur accessus, et obsequendi imperatoris iussis et cum eo quae opus foret administrandi

σὺν αὐτῷ τὰ ἀνήκοντα διοικεῖν· στοργὴν γὰρ ὅτι πλείστην ἐκέκτητο ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν. τῶν κατηγόρων οὖν κατεπειγόντων τὸν βασιλέα, ἐρευνήσας ὁ βασιλεὺς καὶ ἀληθῆ ταῦτα εἶναι μαθὼν ἔμελλε τοῦτον κατασχὼν ἀνετάζειν. ὁ δὲ C τοῦτο προγνοὺς χρῆται φυγῇ, καὶ τὴν λεγομένην Μονοκάστανον καταλαβὼν ἀποκείρεται μοναχός. πέφευγε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Βοηλᾶ, ὁ τῆς τραπέζης, οἰκεῖος καὶ φίλος ὢν αὐτῷ, καὶ τὸν Ὄλυμπον καταλαβὼν τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἐνδύεται· ἐδεδοίκει γὰρ καὶ αὐτὸς ἅτε συμμύστης τυγχάνων τοῦ μυστικοῦ καὶ τῶν ἀπορρητοτέρων αὐτοῦ κοινωνός. τὸν δὲ πατρίκιον Κοσμᾶν ἐν τῷ ὡρολογίῳ τύψας ὁ βασιλεὺς διεδέξατο. προβάλλεται δὲ ἀντὶ τοῦ μυστικοῦ Ἰωάννου Θεοφάνην πρωτοβεστιάριον καὶ παραδυναστεύοντα. ἐγένετο δὲ τὸ τηνικαῦτα καὶ σεισμὸς φοβερὸς ἐν τῷ τῶν Θρᾳκῴων θέματι, D καὶ χάσμα γῆς μέγα καὶ κατάπληκτον, ὥστε πολλὰ χωρία καὶ ἐκκλησίας ἀντάνδρους καταποθῆναι.

Μαΐῳ δὲ μηνί, εἰκάδι ἑβδόμῃ, δεκάτης πέμπτης ἰνδικτιῶνος, Συμεὼν ὁ ἄρχων Βουλγαρίας ἐτελεύτα, Πέτρον υἱὸν αὐτοῦ προβαλόμενος ἄρχοντα, ὃν ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ ἔσχεν γυναικός, τῆς ἀδελφῆς Γεωργίου τοῦ Σουρσουβούλη, ὃν καὶ ἐπίτροπον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ὁ Συμεὼν καταλέλοιπεν. τὰ κύκλῳ οὖν ἔθνη τὴν τοῦ Συμεὼν μαθόντα τελευτὴν ἐκστρα-

potestas permittitur. ingens quippe imperatoris erat in eum affectus. accusationem porro coram imperatore urgentibus adversariis, examine habito, vera esse quae obiicerentur cum imperator agnovit, detentum interrogare proposuerat. qua re praevisa fugam prior arripit, et in monasterium nomine Monocastanum secedens monasticam suscipit tonsuram. fugit pariter Constantinus Boelae filius, mensae praefectus, familiaris et ei bene affectus; et in Olympum montem digressus monastico induitur habitu. timebat enim ipse ceu consiliorum mystici conscius et secretorum eius omnium particeps. patricium autem Cosmam magistratu exauctoratum ad Horologium verberibus imperator emendavit: Ioannis vero mystici vices obiturus Theophanes protovestiarius et imperii administrator promovetur. tunc in provincia Thraciae terrae motus horrendus factus est hiatusque stuporem afferens, ita ut plura praedia et ecclesiae cum hominibus absorpta sint.

Maii porro mensis die vicesimo septimo, indictione quinta, Simeon Bulgariae princeps diem obiit, Petro filio, quem ex secunda coniuge suscepit, sorore videlicet Georgii Surzubulis, quem filiis procuratorem dedit, principe relicto. exinde circumpositae regiones, audita Simeonis morte, adversus Bulgaros arma suscipere meditabantur. fame autem una cum locustarum pernicie Bulgarorum terras depa-

τεύειν κατὰ Βουλγάρων ἐβουλεύοντο. λιμοῦ δὲ σὺν ἀκρίσιν
τὸ Βουλγαρικὸν ἔθνος ἐκπιέζοντος ἐδεδίεισαν τὴν τῶν Ῥω-
P. 503 μαίων ἐπέλευσιν. βουλὴν οὖν ποιησάμενοι κατὰ Ῥωμαίων
ἐκστρατεύουσιν καὶ ἐν Μακεδονίᾳ καταλαμβάνουσιν. ἔπειτα
μαθόντες ὅτι μέλλει κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐκστρα-
τεύειν, ἀποστέλλουσι Πέτρον τε καὶ Γεώργιον κρυφίως τινὰ
μοναχόν, Καλοκύριν ὀνομαζόμενον, τῷ γένει Ἀρμενιακόν, χρυ-
σόβουλλον ἐπιφερόμενον. διηγόρευε δὲ τὰ ἐν αὐτῷ ὡς τὴν
μετὰ Ῥωμαίων εἰρήνην ἀσπάζονται οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ γα-
μικὸν ποιῆσαι συνάλλαγμα. τὸν τοιοῦτον οὖν μοναχὸν ὁ βα-
σιλεὺς ἀποδεξάμενος ἀσμενέστατα, παρευθὺ ἀπέστειλεν μετὰ
δρόμωνος ἐν Μεσημβρίᾳ τὸν μοναχὸν Θεόδωρον τὸν Ἀβούκην
B καὶ βασιλικὸν κληρικὸν τὸν Ῥόδιον τὴν εἰρήνην συλλαλῆσαι
τοῖς Βουλγάροις. οἱ δὲ παραγενόμενοι καὶ τὰ εἰκότα συλλαλή-
σαντες ἐξῆλθον ἅμα Στεφάνῳ Βουλγάρῳ διὰ τῆς ξηρᾶς. ὄπι-
σθεν δὲ αὐτῶν κατέλαβεν καὶ Γεώργιος ὁ Σουρσουβούλης, καὶ
παραγενόμενοι ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν εἰρήνην ἐσπείσαντο.
θεασάμενοι δὲ τὴν θυγατέρα Χριστοφόρου βασιλέως Μαρίαν,
καὶ μεγάλως ἐπ' αὐτῇ ἀρεσθέντες, ἔγραψαν τῷ Πέτρῳ διὰ
τάχους παραγενέσθαι. τοῦ Βουλγάρου οὖν Πέτρου καταλα-
βόντος, τριήρει ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπιβὰς ἐν Βλαχέρναις
C παρεγένετο καὶ τὸν Πέτρον ἐθεάσατό τε καὶ κατησπάσατο.
ἐπεὶ δὲ ἀλλήλοις τὰ εἰκότα συνωμίλησαν, γράφοντες τὰ σύμ-

scente, Romanorum timuerunt incursus. habito itaque consilio adversus Romanos ipsi armantur, et per Macedoniam effundunt exercitum. cum audissent vero Romanum imperatorem copias in eos parantem, Petrum et Georgium quemdam monachum, cognomine Calocyrim, genere Armenum, auream bullam ferentem latenter delegat. bullae series erat Bulgaros non pacem modo cum Romanis amplecti, sed et connubiorum foedera prosequi. monachum huiusmodi cum imperator lubentissime suscepisset, celocem expediit confestim, et monachum Theodorum Abucem et regium clericum Rhodonatum, ut de pace cum Bulgaris tractarent, Mesembriam destinavit. illi profecti et negotiis accommoda collocuti una cum Stephano Bulgaro per continentem iter egerunt. retro eos Georgius Sursubules appulit, et Cpolim cuncti convenientes pacis foedera sanxerunt. Mariam vero Christophori imperatoris filiam contemplati, et eius summopere delectati aspectu, Petro scripserunt ut quantocius accederet. Petro Bulgaro adveniente, conscensis triremibus ad Blachernas imperator Romanus se contulit, viditque Petrum et salutavit. ut vero de negotiorum difficultatibus convenerunt, conscriptis pacis condicionibus nuptiales contractus peregerunt. Octobris deinde mensis die octavo

φωνα τῆς εἰρήνης καὶ τὰ γαμικὰ ἀλλάγματα, ὀγδόῃ δὲ τοῦ Ὀκτωβρίου ἐξῆλθεν ὁ πατριάρχης Στέφανος ἅμα Θεοφάνει πρωτοβεστιαρίῳ καὶ Μαρίᾳ τῇ τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου θυγατρὶ καὶ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς Πηγῆς, καὶ εὐλόγησεν Πέτρον τε καὶ Μαρίαν. λαμπρᾶς δὲ καὶ πολυτελοῦς γενομένης τραπέζης, καὶ πάντων τῶν εἰθισμένων τοῖς γάμοις φαιδρῶς ἐπιτελεσθέντων, εἰσῆλθεν Θεοφάνης πρωτοβεστιάριος ἅμα Μαρίᾳ τῇ θυγατρὶ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ πόλει. τῇ δὲ τρίτῃ τοῦ γάμου ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εὐωχίαν λαμπρὰν ἐν τῇ τῶν Πη- D γῶν ἀποβάθρᾳ. τῶν δὲ Βουλγάρων ἔνστασιν οὐ μικρὰν ποιησαμένων πρότερον εὐφημεῖσθαι Χριστοφόρον, εἶθ' οὕτω Κωνσταντῖνον, ὑπεῖξεν τῇ ἐνστάσει ὁ βασιλεύς, καὶ γέγονεν ὅπερ ᾐτήσαντο. ἐπειδὴ δὲ πάντα ἐν τοῖς γάμοις συνετελέσθησαν, καὶ ἔμελλε Μαρία τὴν πρὸς Βουλγαρίαν ὁδὸν ὁδεύειν, οἱ ταύτης γονεῖς μέχρι τοῦ Ἑβδόμου συνεξῆλθον αὐτῇ, περιχυθέντων τῇ θυγατρί, καὶ πολλὰ κατέχεαν τὰ δάκρυα, καὶ ὡς εἰκὸς ἐπὶ στερήσει σπλάγχνου πεποθημένου. τόν τε γαμβρὸν ἀσπασάμενοι καὶ ταύτην ταῖς τούτου χερσὶ περιθέμενοι ἐν τοῖς βασιλείοις ὑπέστρεψαν. Μαρία δὲ Βουλγαρικαῖς παραδοθεῖσα χερσὶν τὴν ἐπὶ Βουλγαρίαν ἀπῄει.

Τότε δὲ πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἐκ Μελι- P. 504 τινῆς παρεγένοντο εἰρηνικὰς σπονδὰς ποιῆσαι. μετ' οὐ πολὺ

progressus patriarcha Stephanus una cum Theophane protovestiario et Maria Christophori imperatoris filia et universo senatu ad sanctissimae deiparae templum ad Pegas, Petrum et Mariam coniugali benedictione sociavit; mensaque sumptuosa et magnificentissima instructa, cunctisque ad nuptiarum solemnia spectantibus rite splendideque peractis, Theophanes protovestiarius una cum Maria imperatoris filia in urbem reversus est. die autem nuptias sequente tertio Romanus imperator in machina sive tabulato ad Pegas magnificum paravit convivium. non minima porro contentione a Bulgaris excitata, ut prius Christophorus, deinde Constantinus acclamationum precibus exciperetur, votis eorum imperatore obsecuto, quod petebant praestitum est. nuptiarum autem celebritate peracta, Mariaque in Bulgariam iter capescere iam iam parata, Hebdomum usque parentes eam prosecuti sunt; ibi eam circumfusi, et largo lacrimarum impluvio madidi, ut dilectorum praecordiorum usu orbis contingere solet, tristabantur; tandemque generum, filia eius potestati tradita, deosculati in regiam reversi sunt. sic Maria Bulgarorum manibus tradita in Bulgariam profecta est.

Eo tempore legati pacis foedera composituri e Melitine ad im-

Ἀπόκαψ ὁ τοῦ Ἀμὲρ ἔκγονος, ἀμηρᾶς τῆς Μελιτινῆς, καὶ ὁ Ἀπολασὰθ στρατηγὸς εὐγενέστατος καὶ πλούσιος ὢν ἐκ Μελιτινῆς παρεγένετο. ἀποδεχθέντες οὖν μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς παρὰ Ῥωμανοῦ, καὶ σύμφωνα εἰρήνης ποιήσαντες, ὑπέστρεψαν πρὸς τὰ ἴδια. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀπόκαψ, ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συνετοῦ, διέλυσαν τὴν εἰρήνην. ἐκστρατεύουσι δὲ κατ' αὐτῶν ὅ τε δομέστικος τῶν σχολῶν Ἰωάννης ὁ Κουρκούας μετὰ καὶ τῶν θεμάτων καὶ ὁ Μελίας μετὰ τῶν Ἀρμενίων· καὶ εἰς τοσαύτην στένωσιν τὴν Μελιτινὴν παρ-
B ιέστησαν ὥστε αὐτὴν συντομώτατα ἐκπορθῆσαι καὶ ἐπ' ἐδάφους καταστρέψαι. ταύτην οὖν Μελιτινὴν εἰς κουρατωρίαν ἀποκαταστήσας ὁ βασιλεὺς πολλὰς χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐκεῖθεν δασμοφορεῖσθαι ἐτησίως πεποίηκεν.

Κατηγορήθη δὲ Νικήτας ὁ μάγιστρος καὶ πενθερὸς Χριστοφόρου βασιλέως ὡς ὑποτιθέμενος αὐτῷ κατὰ τοῦ ἰδίου γενέσθαι πατρὸς καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐξεῶσαι. τοῦτον οὖν ἐξαγαγόντες τῆς πόλεως ἀπέκειραν μοναχόν.

Μηνὶ δὲ Ἰουλίῳ, ὀγδόῃ καὶ δεκάτῃ, ἰνδικτιῶνος ἕκτης, τελευτᾷ Στέφανος πατριάρχης· Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ ἄγουσι Τρύφωνα μοναχὸν ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἁγιότητι μαρτυρούμενον,
C καὶ χειροτονοῦσι πατριάρχην, μέχρις ἂν εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσῃ Θεοφύλακτος ὁ Ῥωμανοῦ τοῦ βασιλέως υἱός, ὃν ἔμελλον πατριάρχην χειροτονεῖν Κωνσταντινουπόλεως. εἰκάδι δὲ

perātorem Romanum accesserunt. non diu post Apocaps Amer nepos, Melitines ameras, et Apolasath dux nobilissimus et ditissimus Melitinae advenit. isti congruis honoribus a Romano excepti, pacis condicionibus firmatis, in patriam reversi sunt. Apocaps autem, viro prudente et sagaci, vivis erepto pacem continuo dissolverunt. in eos autem irrumpunt scholarum domesticus Ioannes Curcuas, una cum legionibus, et Melias cum adiunctis sibi Armenis; et ad eas angustias Melitinem adigunt, ut eam e vestigio vastent et funditus ad solum evertant. Melitinem igitur in curatoriam instituit imperator, plurimis auri et argenti milibus annuatim colligendis eidem impositis.

Nicetas autem magister et Christophori imperatoris socer quasi in patrem insurgendi consilium dedisset et eum imperio deiicere suasisset, accusatus est. eum propterea urbe pulsum detonderunt monachum.

Mensis autem Iulii die decimo octavo, indictione sexta, Stephanus patriarcha moritur: tum Decembri mense Tryphonem monachum, pietatis et sanctitatis testimonio insignem, ordinant patriarcham, donec aetatis metam imperatoris Romani filius Theophylactus, quem Cpolis patriarcham creare statuerant, attigisset. vicesimo porro et

πέμπτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς χειμὼν μέγας γέγονεν, ὥστε κρυσταλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ἑκατὸν εἴκοσι, ὅθεν καὶ γέγονεν μέγας λιμὸς καὶ θάνατος πολύς, ὥστε μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας ἐκκομίζειν τοὺς τεθνεῶτας. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὴν ἀφόρητον ἐκείνην βίαν κατανοήσας ἀξίαν τῆς αὐτοῦ συμπαθοῦς ἐλεημοσύνης πρόνοιαν ἐποιήσατο, πολλαῖς ἐλεημοσύναις τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ παραμυθησάμενος ἔνδειαν· ἀνέφραξέ τε θυρίσι καὶ σανιδώμασι τὰς τῶν ἐμβόλων στοάς, ὥστε μὴ τὴν χιόνα καὶ τὸ ψῦχος ἐκεῖθεν ἐπεισιέναι τοῖς πέ- D νησι. τότε δὲ καὶ τὰς λεγομένας ἄρκλας ἐν πᾶσι κατεσκεύασε 117 τοῖς ἐμβόλοις, ἀργύριόν τε κατὰ μῆνα τοῖς ἐνταῦθα κατακειμένοις πένησι διδόσθαι διετάξατο, καὶ τὰ μηνιαῖα τριμήτια 118 ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς πένησι διανέμεσθαι, ὡς εἶναι τὰ διδόμενα τοῖς τε ἐν ταῖς ἄρκλαις πτωχοῖς καὶ τοῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀργύρου ἐγκεχαραγμένου χιλιάδας δώδεκα. καὶ ταῦτα ἡ συμπαθὴς ἐκείνου ψυχὴ διετύπωσεν τῶν πενήτων προνοουμένη. ἀλλὰ καθ' ἡμέραν τρεῖς αὐτῷ συνεσθίειν πένητας διετάξατο, οἳ ἀνὰ ἓν ἐλάμβανον νόμισμα. τετράδι δὲ καὶ παρασκευῇ τρεῖς πένητες μοναχοὶ τούτῳ συνήσθιον, τὸ τετυπωμένον λαμβάνοντες νόμισμα. ὅπερ δὲ ἐν τοῖς μοναστηρίοις εἴωθεν γίνεσθαι, ὥστε ἐν τῷ καιρῷ ἀναγινώσκειν τῆς P. 505 ἑστιάσεως, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίει, διπλῆν ἑαυτῷ καὶ τοῖς δαιτυμόσι τὴν τράπεζαν παρατιθείς, ὥστε τὸ μὲν σῶμα τρέ-

6. καὶ ἐλεήμονος φύσεως Anonymus

quinto die mensis eiusdem adeo aspera invaluit hiems, ut terra per dies centum et viginti gelu concresceret; ex quo fames ingens et mortalitas immensa pervagata est, adeo ut vivi mortuis efferendis non sufficerent. Romanus autem imperator intolerandam illam calamitatem contemplatus, affectus ad misericordiam proclivis digna exhibuit argumenta, eleemosynarum liberalitate plurima famis indigentiam consolatus. exinde porticuum spatia tabulatis distinxit, et fenestras apposuit, ita ut nix et frigus in pauperes per ea non ingruerent. eo tempore cunctis in porticibus arclas ita dictas disposuit, et egenis ibidem iacentibus argenteos nummos per menses singulos praecepit distribui, et menstrua trimitia per ecclesias in alios pauperes dividi, adeo ut quae per arclas et ecclesias erogarentur argenti cusi numismata, ad milia duodecim numerarentur. haec in misericordiam et pietatem propensus eius animus, liberalis pauperum provisor, donari sanxit. egenos insuper ternos diebus singulis secum comedere voluit, singulisque nummum unum distribuebat. feria vero quarta et parasceue monachi tres egentes illi convivabantur, qui definitum accipiebant numisma. quod in monasteriis observari solet, ut cibi tempore ha-

119 φεσθαι τῇ συνήθει τροφῇ, τὴν δὲ ψυχὴν κατενύσσετο καὶ
πολλὰς δακρύων ἠφίει πηγάς. οὐκ ἐθεάσατό ποτε μοναχὸν
ἀρετῆς ἀντεχόμενον, ᾧ τινὶ τὰς ἑαυτοῦ πράξεις σὺν πολλοῖς
οὐκ ἐξηγόρευσεν δάκρυσιν. πάσας τὰς τῆς πόλεως ἐκκλησίας
πέπλοις διαφανέσι καὶ φωταγωγίαις λαμπρῶς κατεκόσμει.
ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ὄρεσι μοναχοῖς τῷ τε Ὀλύμπῳ καὶ τῷ Κυ-
120 μηνᾷ καὶ τῷ τοῦ Βαραχαίου ὄρει οὐ διέλιπεν ἐτησίους ῥογάς,
B ἃς διετύπωσεν.

Τῶν ἀπείρων αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ ἐλεημοσυνῶν
διεξήλθομεν· Πέτρῳ δὲ τῷ Βουλγάρῳ ἐπέθετο Ἰωάννης ὁ
121 ἀδελφὸς αὐτοῦ μετὰ καὶ ἑτέρων Βουλγάρων τοῦ Συμεών. καὶ
φωραθέντων αὐτῶν ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται καὶ ἐγκλείεται
φυλακῇ, οἱ δὲ λοιποὶ τιμωρίαις οὐ ταῖς τυχούσαις ὑποβάλ-
λονται. ταῦτα δὲ δῆλα ποιήσαντος Πέτρου τῷ βασιλεῖ Ῥω-
μανῷ, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τὸν μοναχὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγε-
γόνει ῥαίκτωρ, προφάσει μὲν ὡς ποιῆσαι ἀλλάγιον τῶν κρα-
τουμένων αἰχμαλώτων, τῇ δὲ ἀληθείᾳ Ἰωάννην κατασχεῖν καὶ
C ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγεῖν. ὃ δὴ καὶ γέγονεν· εἰσελθὼν
γὰρ ἅμα τῷ Ἰωάννῃ ἐν τῷ πλοίῳ ἀπὸ Μεσημβρίας ἦλθεν ἐν
τῇ πόλει. μετ' οὐ πολὺ τούτου τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἀπορρί-
ψαντος καὶ γυναῖκα ἐπιζητήσαντος, δέδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς
οἶκον καὶ κτήματα πάμπολλα καὶ γυναῖκα ἐκ τῆς αὐτοῦ πα-

beatur lectio, hoc ipse exequebatur, sibi convivisque geminam apponens mensam; dumque usitato corpus enutriretur cibo, copioso lacrimarum fonte effuso animam quoque cum contritione pascebat. nullum unquam monachum virtutis studiosum observavit, cui cum multo fletu suos non aperuerit actus: cunctas urbis ecclesias sumtuosis vestibus praeclaraque cereorum et lampadum copia exornavit. sed et monachis in montibus Olympo Cymena et Barachaeo vitam agentibus annua stipendia quae decreverat mittere non interposuit.

Atque ita immensorum eius beneficiorum et liberalitatis historiam pertexuimus. Petro vero Bulgaro parabat insidias Ioannes eius frater cum Bulgaris aliis; quorum facinore cognito Ioannes quidem verberibus castigatur et carcere includitur, in alios vero inusitatis suppliciis animadvertitur. Petro autem imperatori Romano haec eadem litteris manifestante, misit imperator Ioannem monachum, qui rector extiterat, praetextu quidem ut captivorum detentorum commutationem faceret, sed revera, ut Ioannem apprehenderet, et adduceret CP. quod et factum est. una quippe cum Ioanne navim ingressus Mesembria Cpolim navigavit. non diu post eodem monasticum habitum deponente et uxorem ducere exquirente, imperator

τρίδος τῆς τῶν Ἀρμενιακῶν, γάμον τε λαμπρὸν ἐν τῇ τοῦ
Καίσαρος οἰκίᾳ πεποίηκεν.

Μαρτίου δὲ μηνὸς δευτέρᾳ ἡμέρᾳ κοσμίτης ὃς ἐπέμενεν 122
τῷ φόρῳ ἐν τοῖς ἐκεῖσε κίοσιν, καὶ ἀπέκτεινεν ἄνδρας ἕξ. γέ-
γονε δὲ ἐμπρησμὸς μέγας καὶ φοβερὸς εἰς τὸν τοῦ φόρου ἔμ-
βολον πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, ὥστε κατα- D
καῆναι τά τε κηροπολεῖα καὶ τὰ γουνάρια τοῦ φόρου μέχρι
τῶν ψηχῶν. ἐτελεύτησε δὲ Χριστοφόρος βασιλεὺς μηνὶ Αὐ-
γούστῳ ἰνδικτιῶνος τετάρτης, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν
τῇ ῥηθείσῃ μονῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. κατήγαγον δὲ Τρύφωνα
πατριάρχην Αὐγούστῳ μηνί, ἰνδικτιῶνος τρίτης, καὶ ἀπελθόν-
τος ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τελευτᾷ, χηρευσάσης τῆς ἐκκλησίας χρό-
νον ἕνα μῆνας πέντε διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Θεοφυλάκτου
υἱοῦ Ῥωμανοῦ βασιλέως. Βασίλειος δέ τις Μακεδὼν πλάνος
Κωνσταντῖνον Δοῦκα ἑαυτὸν ἐπευφημήσας πολλοὺς μεθ' ἑαυ-
τοῦ συνεπήγετο· οὗτος συσχεθεὶς ὑπὸ Ἐλεφαντίνου τουρμάρ-
χου ἐκ τοῦ Ὀψικίου ὄντος ἤχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ
ὑπὸ Πέτρου ὑπάρχου τῆς μιᾶς ἀλλοτριοῦται χειρός. εἶτα P. 506
καιροῦ λαβόμενος καταλαμβάνει πάλιν τὸ Ὀψίκιον, καὶ χεῖρα
χαλκῆν ἀντὶ τῆς κοπείσης προσαρμοσάμενος καὶ σπάθην ὑπερ-
μεγέθη κατασκευάσας διήρχετο πλανῶν πολλοὺς ὡς αὐτὸς εἴη
Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκός· οὓς καὶ συνεφελκόμενος με-

15. ἐπιφημίσας Anonymus

domum et praedia plurima et coniugem eadem secum Armeniacorum patria ortam dedit, et in Caesaris aedibus celeberrimas peregit nuptias.

Martii porro mensis die secundo cosmites fori columnis superpositus in terram decidit virosque sex oppressit. contigit etiam incendium ingens et horrendum in fori porticu templo sanctissimae deiparae vicina, adeo ut cereorum artificum et pelliciariorum fori ad Psechas usque consumerentur officinae. Christophorus imperator mense Augusto, indictione quarta, diem supremum obiit, et in praefato patris sui monasterio corpus eius reconditum est. Tryphonem porro patriarcham Augusto mense, indictione tertia, deposuerunt, eoque in proprium monasterium se recipiente et defuncto annum unum et menses quinque, nondum matura Theophylacti imperatoris filii Romani aetate, ecclesia pastore viduata permansit. Basilius autem quidam Macedo, pravus impostor Constantinum ducem se ipsum mentitus, plurimos post se abducebat. hic ab Elephantino Opsicii turmarum praefecto Cpolim abducitur, et manuum altera a Petro praefecto truncatur. occasione deinde captata in Opsicium rursum digreditur, et truncatae vice manum aeream sibi adaptans ingentemque spatham sibi accom-

γάλην κατὰ Ῥωμανοῦ ἀνταρσίαν κινεῖ. ἀποστείλας οὖν ὁ βασιλεὺς στρατὸν κατ' αὐτοῦ αὐτόν τε συνέλαβεν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· ὃν καὶ ἀγαγόντες ἐν τῇ πόλει ἀνέκρινόν τε καὶ B πολλὰς αὐτῷ πληγὰς ἐπετίθεσαν. ὁ δὲ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει ἐσυκοφάντει ψευδῶς ὡς συνόντες αὐτῷ, μηδὲν δὲ ἀληθὲς κατ' αὐτῶν λέγειν ἐξελεγχθεὶς ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ πυρὸς κατανάλωμα γίνεται.

Χειροτονεῖται δὲ πατριάρχης ὁ προρρηθεὶς τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεοφύλακτος, Φεβρουαρίῳ β', ἰνδικτιῶνος ς', τοποτηρητῶν ἐκ Ῥώμης ἀνελθόντων καὶ τόμον συνοδικὸν ἐπιφερομένων περὶ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας διαγορεύοντα· οἳ καὶ τῷ πατριάρχου θρόνῳ τοῦτον ἐνίδρυσαν. Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ Στεφάνῳ γυναῖκα ἠγάγετο θυγατέρα οὖσαν τοῦ Γαβαλᾶ, ἐκγόνην δὲ Κατακυλᾶ, Ἄνναν ὄνομα. ἅμα δὲ τῷ νυμφικῷ στεφάνῳ καὶ ὁ τῆς βασιλείας στέφανος ἐπετέθειτο.

C Ἐγένετο δὲ ἐκστρατεία πρώτη τῶν Τούρκων κατὰ Ῥωμαίων ἰνδικτιῶνι ἑβδόμῃ Ἀπριλλίῳ μηνί· οἳ καὶ καταδραμόντες μέχρι τῆς πόλεως ἐληΐσαντο πᾶσαν Θρᾳκῴαν ψυχήν. ἀπεστάλη οὖν ὁ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ πρωτοβεστιάριος καὶ παραδυναστεύων μετ' αὐτῶν ποιῆσαι ἀλλάγιον, πολλὰ παρ' αὐτῶν ἐπὶ τῇ φρονήσει καὶ εὐβουλίᾳ ἐπαινεθείς, ὅτε καὶ τὸ

modans vagabatur plurimos seducens, quasi ipse Constantinus ducis filius foret. hic multis sibi adlectis stupendam in Romanum rebellionem movet. imperator exercitu in eum immisso ipsum comitesque insequebatur; quem deinde captum et in urbem abductum, per tribunalia examinatum multis verberibus subiecerunt. ille sibi consulens insignes dignitate viros, quasi secum sentientes, mendaciis confictis et a veritate alienis calumniabatur. convictus tandem ad Amastriani plateam ignis pabulum factus est.

Prafatus autem imperatoris filius Theophylactus Februarii die secundo, indictione secunda, patriarcha consecratus est, adstantibus Romani pontificis legatis, et tomum synodalem de eius ordinatione tractantem proferentibus, eundemque collocantibus in throno patriarchali. ceterum Romanus imperator Stephano filio locavit uxorem Gabalae filiam, Catacyle neptim, Annam nomine, unaque cum nuptiali corolla imperii diademate redimitus est.

Turcorum autem adversus Romanos irruptio prima indictionis septimae Aprili mense contigit; qui ad urbem usque excurrentes loca cuncta per Thraciam depopulati sunt. adversus eos igitur patricius Theophanes protovestiarius et imperii administrator missus est, laudem ab eis plurimam prudentiae et consiliorum gratiam reportans.

μεγαλόψυχον καὶ φιλάνθρωπον αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπεδείξατο, μηδενὸς φεισάμενος χρήματος πρὸς τὴν αἰχμαλώτων ἀνάρρυσιν.

Ἠγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ τελευταίῳ υἱῷ Κωνσταντίνῳ ἐκ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν γυναῖκα τοὔνομα Ἑλένην, τοῦ πατρικίου Ἀδριανοῦ θυγατέρα, ἧς καὶ τελευτησάσης ἑτέρᾳ τοῦτον D συνέζευξεν γυναικὶ ὀνόματι Θεοφανῷ.

Ἰουνίου δὲ μηνὶ ἑνδεκάτῃ, δεκατετάρτης ἰνδικτιῶνος, κατέπλευσαν οἱ Ῥῶς κατὰ Κωνσταντινουπόλεως, χιλιάδες δέκα. ἀπεστάλη δὲ μετὰ τριήρων καὶ δρομώνων ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοφάνης, καὶ τόν τε στόλον προευτρεπίσας καὶ κατοχυρώρας ὡς μάλιστα τοὺς Ῥῶς ἐξεδέχετο. ἐπεὶ ἐκεῖνοι κατέλαβον καὶ πλησίον τοῦ Φάρου ἐγένοντο, οὗτος πρὸς τῷ τοῦ Εὐξείνου πόντου στόματι παρεδρεύων ἐν τῷ Ἱερῷ λεγομένῳ, καὶ δὴ πρῶτος ἐν τῷ οἰκείῳ δρόμωνι διεκπλεύσας, τήν τε σύνταξιν τῶν Ῥωσικῶν πλοίων διέλυσεν καὶ τῷ ἐσκευασμένῳ πυρὶ πλεῖστα κατέφλεξεν, τὰ λοιπὰ δὲ ἐτρέψαντο εἰς φυγήν· ᾧ ἀκολούθως οἱ λοιποὶ δρόμωνες ἐπεκδραμόντες τελείαν εἰργά- P. 507 σαντο τὴν τροπήν, καὶ πολλὰ μὲν πλοῖα κατέδυσαν ἄνανδρα, πολλοὺς δὲ κατέστρωσαν, πλείστους δὲ ζῶντας συνέλαβον. κατῆλθε δὲ τηνικαῦτα Ἰωάννης ὁ δομέστικος ὁ Κουρκούας μετὰ παντὸς τοῦ τῆς ἀνατολῆς στρατεύματος, καὶ πολλοὺς τούτων

tunc temporis munificentiam et humanitatem plurimam Romanus imperator declaravit, nullis parcens pecuniarum expensis, cum captivi instarent liberandi.

Locavit etiam imperator Constantino filio postremo uxorem de Armeniacorum genere, Helenam nomine, Adriani patricii filiam. eaque defuncta alteri nomine Theophano eundem copulavit.

Iunii porro mensis die undecimo, indictione decima quarta, Russi ad milia decem adversus Cpolim classem paraverunt. cum triremibus autem et celocibus protovestiarius Theophanes missus classem disposuit et apte munivit, adeo ut Russos praelio paratus esset excipere. ut appulerunt illi et Pharo vicini apparuerunt, primus ille ad Euxini Ponti fauces stationem posuit, loco cui Hierum nomen, omniumque primus celoce suo vectus Russicarum navium dissolvit ordinem, et praeparato igne nautico succendit, reliquas vero in fugam vertit; quem pone sequentes reliquae naves in adversarios irruentes perfectam hostium ediderunt stragem, navibus una cum militibus plurimis submersis, aliis multa parte caesis, vivis etiam quampluribus comprehensis. illuc pariter Ioannes domesticus Curcuas cum toto Orientis exercitu appulit, et huc illucque palantes depre-

διέφθειρεν ἀποσπάδας τῇδε κἀκεῖσε καταλαμβάνων. πολλὰ
γὰρ κακὰ οὗτοι διεπράξαντο. τό τε γὰρ Στενὸν λεγόμενον
ἐνέπρησαν, καὶ οὓς συνελάμβανον αἰχμαλώτους τοὺς μὲν ἀνε-
σταύρουν, τοὺς δὲ τῇ γῇ προσεπατάλευσαν, τοὺς δὲ ὥσπερ
σκοποὺς ἱστάντες βέλεσι κατετόξευον. ὅσους δὲ τοῦ ἱερατι-
κοῦ κλήρου συνελάμβανον, ὄπισθεν τὰς χεῖρας δεσμοῦντες
ἥλους σιδηροῦς κατὰ μέσης τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεπήγνυ-
B σαν, πολλούς τε ἁγίους ναοὺς τῷ πυρὶ παρέδωκαν. χειμῶ-
νος δὲ ἤδη ἐνισταμένου καὶ τροφῶν ἀποροῦντες ἐβουλεύσαντο
τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν, καὶ δὴ λαθεῖν τὸν στόλον σπουδάζον-
τες, Σεπτεμβρίῳ μηνὶ ἰνδικτιῶνος δεκαπέμπτης νυκτὸς ἀντι-
πλεῦσαι ὡρμηκότες ἐπὶ τὰ Θρᾳκῷα μέρη ὑπὸ τοῦ ῥηθέν-
τος Θεοφάνους ὑπηντήθησαν· οὐδὲ γὰρ ἔλαθον τὴν αὐ-
τοῦ ἐγρηγορωτάτην ψυχήν. εὐθὺς οὖν δευτέρα ναυμαχία
ἐγίνετο, καὶ πλεῖστα πλοῖα ἐβύθισεν· ὀλίγοι δὲ μετὰ τῶν
πλοίων περισωθέντες καὶ ἐν τῇ τῆς Κοίλης περισωθέντες
ἀκτῇ νυκτὸς ἐπελθούσης διέφυγον. Θεοφάνης δὲ μετὰ νί-
κης ὑποστρέψας λαμπρᾶς ἐντίμως ὑπεδέχθη καὶ παρακοιμώ-
μενος ἐτιμήθη.

C Ἐπεὶ ὁ ῥηθεὶς Ἰωάννης ὁ μάγιστρος ἄριστος ἐγένετο τὰ
πολεμικά, ἐπλάτυνεν ὅρους, πλείστας τε πόλεις ἐπόρθησεν
123 τῶν Ἀγαρηνῶν, διὰ τὸ περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς

2. post διεπράξαντο adde ex Anonymo: πρὸ τοῦ τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα κατελθεῖν Comb

hendens, cunctos ceu malorum plurimorum auctores internecione delevit. Stenum enim ita dictum igne vastaverunt, et quos cepere captivos, partim crucibus partim palis affixerunt; alios etiam in metam constitutos sagittis confoderunt. quotquot autem sacerdotalis ordinis deprehendere, manibus retro vinctis ferreos clavos per medium caput immiserunt, sanctasque aedes plurimas igne consumendas tradiderunt. ingruente porro hieme et annona deficiente domos repetere consiliabantur: regiae tamen classi discessum occultare studebant. Septembri autem mense, indictionis decimae quintae, in Thraciae partes transfretari aggressi praefatum Theophanem habuerunt obvium: vigilantissimum enim eius animum latere non poterant. confestim igitur conflictus in mari secundus habitus, quo navigia plurima submersa sunt: pauci vero cum navibus ad Coeles littora servati incolumes nocte ingruente fugerunt. Theophanes autem victoria clarus revertens cum honore susceptus et accubitoris dignitate decoratus est.

Ut vero praefatus Ioannes magister bellicis rebus praestans habebatur, imperii dilatabat fines, urbesque Agarenorum plurimas deva-

* * * * δομεστικὸς δὲ ἀντικαθίσταται ὁ πατρίκιος Πανθήριος, συγγενὴς τοῦ βασιλέως ὢν Ῥωμανοῦ.

Ἰνδικτιῶνι πρώτῃ Ἀπριλλίῳ μηνὶ ἐπῆλθον πάλιν οἱ Τοῦρκοι μετὰ πλείστης δυνάμεως. ὁ δὲ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ παρακοιμώμενος ἐξελθὼν σπονδὰς εἰρηνικὰς ἐποίησεν μετ' αὐτῶν, χρόνους πέντε τὴν εἰρήνην διαφυλαχθῆναι.

Δευτέρᾳ ἰνδικτιῶνι ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς Πασχάλιον πρωτοσπαθάριον καὶ στρατηγὸν Λαγοβάρδων πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας Οὔγωνα ἐξαπέστειλεν, τὴν τοῦ αὐτοῦ θυγατέρα ἐπι- D ζητῶν εἰς νύμφην Ῥωμανῷ τῷ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου υἱῷ· ἣν καὶ ἀναλαβὼν ὁ εἰρημένος Πασχάλιος μετὰ πλούτου πολλοῦ ἐν τῇ πόλει ἀνήγαγεν. γέγονε δὲ ὁ γάμος Σεπτεμβρίῳ μηνί· ἥτις καὶ ἐτελεύτησεν ζήσασα ἔτη μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς πέντε.

Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς αὐτοκρατορίας Κωνσταντίνου τοῦ αὐτῆς πενθεροῦ, ἀνέμου βιαίου σφόδρα καταπνεύσαντος, Δεκεμβρίῳ μηνί, οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ ἱππικῷ δῆμοι κατέπεσον, οἳ 124 ἀπ' ἐναντίας τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἐτύγχανον, καὶ συνέτριψαν τὰ ὑποκάτωθεν μάρμαρα καὶ στηθέα λεγόμενα. χρόνου δὲ περικυκλωμένου τῷ αὐτῷ μηνὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν τοῦ P. 508 παλατίου κατήγαγον.

Τῆς δὲ πόλεως Ἐδέσης, ἐν ᾗ τὸ τίμιον τοῦ Χριστοῦ ἐκμαγεῖον ἀπέκειτο, παρὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολιορκουμένης στρατεύματος καὶ εἰς ἀνάγκην μεγίστην προϊσταμένης, ἀπέστει-

stabat. propter tanti viri gloriam * * *. substitutus est domesticus patricius Pantherius, Romani imperatoris affinis.

Indictionis primae Aprili mense rursum irruperunt Turci cum magnis viribus: patricius autem Theophanes accubitor egressus pacis foedera in annos quinque servanda cum eis composuit.

Indictione secunda Paschalium protospatharium et Longobardiae ducem ad Franciae regem Hugonem, filiam eius Romano Constantini eius generi filio uxorem petiturum, Romanus imperator misit, quam multis una cum opibus secum assumptam praefatus Paschalius in urbem adduxit. Septembri deinde mense nuptiae celebratae sunt. haec cum viro annis quinque socialis vitae decursis mortua est.

Temporibus imperii Constantini, eius soceri, vento validissimo perflante demi in circo opposita regii throni regione erecti deciderunt, subiectaque marmora columnasque pectoralia dictas contriverunt. anni autem vertente circulo, hoc ipso mense, Romanum imperatorem e palatio eduxerunt.

Urbe autem Edessa, in qua venerandum Christi sudarium repositum, a Romano exercitu obsessa et in ultimam angustiam deducta,

λαν οἱ ταύτης οἰκήτορες πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν διαπρεσβευόμενοι τὴν πολιορκίαν λυθῆναι, τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον ἐκμαγεῖον παρέχειν ἐπαγγελλόμενοι. ὑπὲρ τοιαύτης δὲ χάριτος δεσμίους ᾐτήσαντο τῶν ἐμφανῶν ἀντιλαβεῖν, χρυσοβούλλιόν τε λαβεῖν ὥστε μηκέτι τὴν τούτων χώραν παρὰ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ληΐζεσθαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. τοῦ δὲ
B ἁγίου ἐκμαγείου ἀποσταλέντος καὶ ἤδη τῇ Κωνσταντινουπόλει πλησιάζοντος, Θεοφάνης ὁ πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος ἐν τῷ ποταμῷ Σάγαρ ἐξελθὼν ὑπήντησεν αὐτῷ μετὰ λαμπρᾶς τιμῆς τε καὶ ὑμνῳδίας, καὶ τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθεν, τοῦ βασιλέως ἐν Βλαχέρναις ὄντος κἀκεῖ αὐτὸ προσκυνήσαντος. τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξῆλθεν ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ· οἱ δὲ τοῦ βασιλέως δύο υἱοὶ Στέφανος καὶ Κωνσταντῖνος καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος σὺν τῷ πατριάρχῃ Θεοφυλάκτῳ, καὶ μετὰ τῆς δεούσης τοῦτο ἀναλαβόντες τιμῆς, τῆς συγκλήτου πάσης προπορευομένης καὶ φωταγωγίας μεγίστης προαγούσης, μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ σοφίας πεζὸν διεκόμισαν, καὶ προσκυνηθὲν ἐκεῖσε
C ἐν τῷ παλατίῳ ἀνήγαγον.

Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις Ἀρμένιόν τι τέρας τῇ πόλει ἐπεφοιτήκει, παῖδες συμφυεῖς ἄρρενες ἐκ μιᾶς προελθόντες γαστρός, ἄρτιοι μὲν πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς καὶ μέχρι τὸν ὑπογα-

ad Romanum imperatorem obsidionem solvi missis legatis eius incolae precati sunt, sacrum Christi sudarium simul exhibituros polliciti. huic gratiae compensandae nobiles ex suis captivos recipere, foedusque aurea bulla firmatum, ne regionem eorum Romanus exercitus devastaret, petierunt; quod et praestitum est. sacro vero sudario ita misso iamque Cpoli vicino, ad fluvium Sagarim cum magnifico apparatu et cantibus, Theophanes patricius et accubitor obviam processit, et Augusti mensis die decimo quinto, imperatore ad Blachernas veniente et ibidem adorante, in urbem intulit. sequenti luce progressus est ad portam Auream: Stephanus autem et Constantinus, duo imperatoris filii, unaque Constantinus eius gener cum Theophylacto patriarcha, universo praecedente senatu, debito honore susceptum sacrum pignus, praevia cereorum multitudine, ad sanctae dei sapientiae templum pedes detulerunt, exhibitoque cultu adoratum in palatium induxerunt.

Temporibus istis portentum quoddam ex Armenia in urbem invectum, pueri duo masculi uno ventre progressi et ad invicem complantati, a ventriculi ore ad pubem usque sibi adhaerentes, versis-

στέρα συμπεφυκότες καὶ ἀλλήλους ὑπάρχοντες ἀντιπρόσωποι· οἳ ἐπὶ πλεῖστον τῇ πόλει ἐνδιατρίψαντες, καὶ ὑπὸ πάντων ὡς ἐξαίσιόν τι τέρας ὁρώμενοι, τῆς πόλεως ὡς πονηρός τις οἰωνὸς ἐξηλάθησαν. ἐπὶ δὲ τῆς μονοκρατορίας βασιλείας Κωνσταντίνου πάλιν εἰσῆλθεσαν. ἐπεὶ δὲ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐτέθνηκεν, ἰατροί τινες ἔμπειροι τὸ συγκεκολλημένον μέρος D *διέτεμον εὐφυῶς, ἐλπίδι τοῦ τὸν ἕτερον ζήσεσθαι· ὃς τρεῖς ἡμέρας ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησεν.*

Καὶ ἐν πᾶσι μέν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, μονάχοῖς πίστιν ἐκέκτητο ὁ βασιλεῦς, διαφερόντως δὲ ἐτίμα καὶ ὑπερέσεβεν Σέργιον τὸν ἐν μονασταῖς διαλάμποντα, ὃς ἀδελφὸς μὲν τοῦ μαγίστρου ἐπεφύκει Κοσμᾶ, ἀνεψιὸς δὲ τοῦ πατριάρχου Φωτίου ἐτύγχανεν· ὃν πλέον τῆς σαρκικῆς εὐγενείας ἡ κατὰ ψυχὴν ἐτίμα εὐγένεια. τοῦτον δὴ τὸν ἀοίδιμον ἀδιαλείπτως μεθ' ἑαυτοῦ εἶχεν ὁ βασιλεύς, κανόνα ὄντως καὶ σταθμὴν τὸν αὐτοῦ βίον ἀεὶ ῥυθμίζοντα· ὃς πολλὰ παρῄνει τῷ βασιλεῖ τῶν παίδων ἐπιμελεῖσθαι καὶ μὴ ἀπαιδεύτους ἐᾶν εἰς πονηρίαν ἐγκλίνοντας, μή ποτε καὶ αὐτὸς πάθοι τὸ τοῦ Ἠλεί. ἐπεὶ δὲ τοῦ παλατίου τοῦτον οἱ παῖδες κατήγαγον καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξώρισαν, πάλιν τοῦτον εἶχε τῶν συμφορῶν πα- P. 509 *ραμύθιον καὶ τῶν θλίψεων ἀκεσώδυνον φάρμακον. ᾧ συνῆν τότε καὶ Πολύευκτος μοναχὸς εὐλαβέστατος, καὶ αὐτὸς τὰ*

que inter se vultibus visebantur; qui cum diu in urbe morati fuissent, velut infaustum portentum et infestum omen habiti, urbe eiecti sunt. Constantino vero solo imperante rursum ingressi sunt. ut autem eorum alter mortuus est, medici quidam peritissimi cohaerescentem partem, alteram incolumem vivamque servaturos se praestolati, solerter exciderunt; puellus iste diebus tribus superstes mortuus est.

Et in omnibus quidem, ut enarratum supra, monachis fidem habebat imperator: privatim vero prae omnibus Sergium monasticis moribus praestantem colebat et venerabatur. hic magistri Cosmae frater, nepos vero Photii patriarchae fuerat; quem animae nobilitas quam carnis ingenuitas reddebat illustriorem. istum itaque reverendum iugem comitem secum ducebat imperator quasi veram regulam et amussim ipsius vitam dirigentem. hic plurimum hortabatur imperatorem, filiorum curam ageret, neque illos in malum absque disciplina proruere sineret, ne quando, quae Heli, pateretur. ut vero a filiis e palatio deiectus est et in Protem insulam relegatus, hunc rursus habuit calamitatum solatium et angustiae remedium lenitivum; eidemque tunc temporis Polyeuctus monachus piissimus aderat, crebris eum hortamentis, ut decebat, consolaturus.

εἰκότα παραμυθούμενος· ὃς τοῦ πατριάρχου Θεοφυλάκτου τελευτήσαντος πατριάρχης ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου προχειρίζεται.

Ἐπεὶ δὲ πολλοῖς τρόποις ὁ θεὸς βούλεται σώζειν τὸν ἄνθρωπον, συνεχώρησεν καὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν συμφορᾷ ἀδοκήτῳ περιπεσεῖν, ἵνα δι' αὐτῆς σωφρονισθεὶς καὶ τῶν οἰκείων ἐν αἰσθήσει παραπτωμάτων γενόμενος σωτηρίας ἀξιωθῇ. συνεχώρει γὰρ ἐπαναστῆναι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Στέφανον, B ὥσπερ ποτὲ Ἀβεσσαλὼμ ἐπανέστη Δαυὶδ τῷ οἰκείῳ πατρί. συμβούλοις οὖν οὗτος πρὸς τοῦτο χρησάμενος τῷ τε ἀπὸ μοναχῶν Μαριανῷ καὶ Βασιλείῳ τῷ Πετεινῷ καὶ Μανουὴλ τῷ Κουρτίκῃ, συνειδότων αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων βασιλέων, τοῦτον τοῦ παλατίου κακῶς κατήγαγεν καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξορίσας ἀπέκειρεν μοναχόν.

Αὐτοκρατορία Κωνσταντίνου.

C Ὑπελείφθη οὖν αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος ὁ τούτου γαμβρός, ὃς παραντίκα Βάρδαν τὸν τοῦ Φωκᾶ τῇ τοῦ μαγίστρου ἀξίᾳ τιμήσας, ὃς χρόνῳ πολλῷ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδραγαθίαν πολλάκις ἐπιδειξάμενος, δομέστικον τῶν σχολῶν προχειρίζεται. εἶτα τὸν Βασίλειον, ᾧ ἐπίκλην Πετεινόν, πατρίκιον καὶ μέγαν ἑταιριάρχην, τὸν δὲ τοῦ γένους τῶν Ἀργυρῶν Μαριανὸν τὰ μοναχικὰ ἀποδύσας πατρίκιον καὶ κόμητα τοῦ

hic, patriarcha Theophylacto e vivis sublato, a Constantino imperatore patriarcha promotus est.

Ut vero deus miris modis hominem servare consuevit, imperatorem Romanum in calamitatem non expectatam incidere permisit, ut per eam eruditus et de propriis delictis admonitus salutem consequi dignus inveniretur. toleravit enim filium eius Stephanum, velut quondam Abessalon in David proprium patrem rebellis fuit, ita in eum insurgere. Constantinus quippe Mariano exmonacho et Basilio Petino et Manuele Curtice propositi consciis, necnon aliis imperatoribus facinus promoventibus usus, patrem e palatio improbe deturbavit et ad Proten insulam relegatum monachum detonderi iussit.

Supremum Constantini imperium.

Imperator itaque Romani gener Constantinus relictus est. hic statim Bardam Phocae filium magistri dignitate ornavit, qui cum multo tempore bellicae virtutis in praeliis specimina frequentius exhibuisset, scholarum domesticus institutus est. Basilius etiam cognomento Petinus patricius et magnus hetaeriarcha provectus est. imperator etiam Marianum, Argyrorum sanguine ortum, monastico habitu exutum

σταύλου πεποίηκεν, ὡσαύτως καὶ Μανουὴλ τὸν ἐπιλεγόμενον Κουρτίκην πατρίκιον καὶ δρουγγάριον τῆς βίγλας· οὓς τινας τρεῖς μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἡ τοῦ θεοῦ δικαία κρίσις, ὡς εἰς χριστὸν κυρίου παροινήσαντας καὶ χεῖρας ἐπιβαλόντας, τῆς D βασιλείας ὀρεγομένους μετῆλθεν· ἐπὶ καθοσιώσει γὰρ καταληφθέντες ἑκάτερος αὐτῶν οἰκτίστῳ θανάτῳ τὸ ζῆν ἀπέρρηξεν. τὰ δὲ περὶ αὐτῶν πλατύτερόν τε καὶ ἐπεξεργαστικώτερον ἐν τῇ προειρημένῃ ἐπεξηγήσει ἐκθήσομαι. μετὰ δὲ τεσ- 125 σαράκοντα ἡμέρας, τῇ εἰκάδι ἑβδόμῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, ὑποπτεύσας Κωνσταντῖνος τόν τε βασιλέα Στέφανον καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μή ποτε κατ' αὐτοῦ τὰ ὅμοια διαπράξωνται, καὶ λογισάμενος ὅπερ ἦν εἰκός, ὅτι εἰ τοῦ ἰδίου πατρὸς οὐκ ἐφείσαντο, πῶς αὐτοῦ φείσονται; ἑστιάσας αὐτοὺς ἤδη ἐν τῇ τραπέζῃ καθεζομένους, ἔτι τῆς βρώσεως οὔσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, ἀνήρπασαν τούτους οἵ τε λεγόμενοι Τορνίκοι καὶ ὁ πατρίκιος Μαριανὸς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ P. 510 πρὸς τοῦτο εὐτρεπισμένοι, καὶ τοῦ παλατίου κατήγαγον, καὶ ἐν ταῖς πλησιαζούσαις νήσοις αὐτοὺς περιώρισαν καὶ κληρικοὺς ἀπέκειραν. μετ' ὀλίγον οὖν αἰτησάμενοι οὗτοι τὸν ἴδιον πατέρα θεάσασθαι ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ παρεγένοντο, καὶ τοῦτον ἐν τῷ μοναχικῷ σχήματι θεασάμενοι πένθει κατεσχέθησαν ἀφορήτῳ· οἷς ἐπιδακρύσας ὁ πατὴρ ἔφη "υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν." εἶθ' οὕτως ἐξωρί-

creavit patricium et stabuli comitem. Manuelem insuper, Curticem dictum, patricium et excubiarum drungarium promovit; quos quidem tres interiecto brevi spatio iustum dei iudicium, velut eos qui in Christum domini peccassent et in eum manus iniecissent violentas, imperii cupiditate motos incessit: maiestatis quippe laesae rei deprehensi, singuli misera morte vitam abruperunt. prolixiorem autem et elaboratam magis de illis narrationem opere praedicto instituam. post dies vero quadraginta, Ianuarii mensis septimo supra vicesimum, Stephanum et Constantinum eius fratrem, ne quandoque paria in se attentarent suspicatus, et simile vero reputans, ut qui proprio non pepercissent patri, minus ipsi condonarent, recumbentes secum ad mensam, escis adhuc in eorum ora positis, comprehendi iussit: abripuerunt porro quidam Tornacii dicti, et patricius Marianus, et qui ad hoc parati fuerant reliqui, palatioque eduxerunt, et clericali tonsura multatos in proximas insulas deportaverunt exules. haud diu post videndi patris desiderio moti ad Proten insulam profecti sunt; cumque monastico habitu vestitum conspicati in luctum proruperunt immensum: quibus pater collacrimatus ait "filios genui et exaltavi: ipsi autem spreverunt me." atque ita relegati sunt, Stephanus quidem in Proe-

σθησαν, ὁ μὲν Στέφανος εἰς Προικόνησον, ἀπὸ δὲ Προικονήσου εἰς Ῥόδον, ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Μιτυλήνην, ὁ δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Τένεδον, ἐκεῖθεν εἰς Σαμοθράκην, ἐν ᾗ καὶ ἀνταρ-
B σίαν μελετήσας κατὰ τῶν αὐτὸν φυλασσόντων ἐσφάγη. Μιχαὴλ δὲ τὸν τοῦ Χριστοφόρου βασιλέως υἱόν, τὰ βασιλικὰ πέδιλα ἀφελόμενος, κληρικὸν πεποίηκεν. ὄντος δὲ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐν τῇ νήσῳ ὁ πατριάρχης Θεοφύλακτος καὶ Θεοφάνης ὁ πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος βουλὴν ἐβουλεύσαντο ὥστε πάλιν τοῦτον ἐν τῷ παλατίῳ ἀγαγεῖν· ἣν καὶ αὐτῷ ἀνακοινωσάμενοι καὶ παραπείσαντες τοῦτον ἐκαιροσκόπουν πότε τὸ πέρας τῇ τοιαύτῃ βουλῇ ἐπιθήσουσιν. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς βουλῆς ἐφωράθησαν καὶ κατεμηνύθη Κωνσταντίνῳ βασιλεῖ, τοὺς συνεργοὺς ταύτης ἠμύνετο· τὸν μὲν Θεοφάνην πατρίκιον ἐξώρισεν, τὸν δὲ πρωτοσπαθάριον Γεώργιον καὶ πινκέρνην καὶ
C Θωμᾶν πριμικήριον δείρας καὶ κουρεύσας καὶ μέσον τῆς πόλεως θριαμβεύσας, οὕτως ὑπερορίᾳ παρέπεμψεν. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνί, ς′ ἰνδικτιῶνος, ἐπιβουλήν τινες κατὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐμελέτησαν, βουλόμενοι τὸν βασιλέα Στέφανον ἐν τῷ παλατίῳ ἐκ τῆς νήσου ἀγαγεῖν. ταύτης οὖν μηνυθείσης Κωνσταντίνῳ διὰ Μιχαὴλ τοῦ Διαβολίνου λεγομένου τοὺς ἐπιβούλους δαρμῷ ἀφορήτῳ ὑπέβαλεν· τοὺς μὲν τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα ἀπέτεμεν, καὶ ὄνοις ἐγκαθίσας διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσεν. πέμπτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ Ἰουλίου

conesum, et a Proeconeso Rhodum, e Rhodo denique in Mitylenem; Constantinus autem in Tenedum, et inde in Samothraciam, in qua tumultum et seditionem adversus custodes machinatus ab eis trucidatus est. Michael autem, Christophori imperatoris filium, detractis imperialibus calceis clericum esse iussit. ceterum Romano imperatore in praedicta insula morante, Theophylactus patriarcha et Theophanes patricius et accubitor inierunt consilium ut eum rursus in palatium eveherent. re ipsi communicata et persuasa, tempus explorabant commodum, quo consilio finem imponerent. eo tamen detecto et ad Constantinum imperatorem delato, consortes eius poenis debitis ultus est. Theophanem patricium misit in exilium, protospatharium vero Georgium et pincernam et Thomam primicerium verberibus multatos et detonsos perque mediam urbem traductos exules deportari. Decembri vero mense, indictione sexta, adversus Constantinum imperatorem structis insidiis Stephanum imperatorem ex insula erutum in palatium inducere moliti sunt. insidiis Constantino manifestatis per Michaelem nomine Diabolinum, auctores intolerandis subiecit verberibus; et hos quidem praecisis naribus, alios auribus multatos asinisque impositos per mediam urbem traduxit. ceterum Iulii mensis die decimo quinto,

μηνός, ἕκτης ἰνδικτιῶνος, Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ νήσῳ D
προτελευτᾷ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν ἐν 126
τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ.

ἐτελειώθη ἡ τῶν νέων βασιλέων χρονογραφία, πληρωθεῖσα παρὰ Λέοντος γραμματικοῦ, μηνὶ Ἰουλίῳ ὀγδόῃ, ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Προκοπίου, ἔτους ,ςφκά, ἰνδικτιῶνι ἑνδεκάτῃ.

indictione sexta, Romanus imperator in memorata insula praemoritur; corpusque eius in urbem elatum, eo quod condiderat monasterio depositum est.

Recentiorum imperatorum Chronographia finem accepit a Leone grammatico, absoluta mensis Iulii die octavo, praeclari martyris S. Procopii festo, anno a mundi conditu 6521, indictione undecima.

ΣΥΓΓΡΑΦΗ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΟΥ

ΤΑ ΚΑΤΑ ΛΕΟΝΤΑ ΥΙΟΝ ΒΑΡΔΑ ΤΟΥ ΑΡΜΕΝΙΟΥ ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΑ.

ΣΥΓΓΡΑΦΗ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΟΥ

ΤΑ ΚΑΤΑ ΛΕΟΝΤΑ ΥΙΟΝ ΒΑΡΔΑ ΤΟΥ ΑΡΜΕΝΙΟΥ ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΑ.

HISTORIA DE LEONE

BARDAE ARMENII FILIO.

Καὶ λοιπὸν Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας 1
αὐτοῦ ἔστεψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεοφύλακτον εἰς τὰς ἑορτὰς   , 2
προελθούσης καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Προκοπίας μετὰ δόξης πολλῆς καὶ παρασταθείσης ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου καὶ ἰδούσης τὸ στέψιμον τοῦ υἱοῦ αὐτῆς καὶ ποιησάσης χαρὰν μεγάλην καὶ διανειμάσης χρήματα πολλά. αὕτη γὰρ ἦν διατιθοῦσα πάντα τὰ τῆς βασιλείας· ὁ γὰρ ἀνὴρ πρᾶος ἦν, ὡς εἴρηται. ἐποίησαν δὲ καὶ ἐλεημοσύνας πολλάς, διασκορπίσαντες τὰ χρήματα ἅπερ ὁ Νικηφόρος δι' ἐμμελείας ἐσώρευσεν, εἰς τὰς ἐκκλησίας εἰς τὰ μοναστήρια καὶ εἰς τοὺς ἀσκητὰς ἐν ταῖς ἐρήμοις τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἀποστέλλοντες καὶ εἰς τὰ πτωχεῖα

Michael imperator anno imperii primo coronavit filium suum Theophylactum in festis   , procedente magno cum apparatu et gloria Procopia eius uxore, et stante coram altari, et filii coronationem spectante, ingentique gaudio pecuniarum erogatione cunctos recreante: ipsa quippe publicam imperii rem administrabat: vir enim eius, ut dicunt, erat animi simplicis et mansueti. eleemosynas vero dispertiere plurimas, elargientes ecclesiis et monasteriis pecunias quas Nicephorus cura non modica coacervaverat, monachorum spectatissimis, ptochodochiis, hospitiis pauperum et peregrinorum, captivis, viduis,

καὶ εἰς τοὺς ξενῶνας καὶ εἰς τοὺς αἰχμαλώτους καὶ εἰς τὰς χήρας καὶ εἰς τοὺς ὀρφανοὺς καὶ εἰς τοὺς ἀπὸ οὐσίας πεσόντας, καὶ πάντας χαροποιήσαντες ὑπὸ πάντων ἐδοξάζοντο. καὶ οἱ δῆμοι ἐμέλισαν ποιήματα καθ' ἕκαστον ἦχον πρὸς εὐφημίαν αὐτῶν πᾶσαν ἡδονὴν κολακείας παρέχοντα. καὶ λοιπὸν πάντας ἀνεκαλέσατο εἰς οὕσπερ Νικηφόρος ἐχθρωδῶς διέκειτο, καὶ ἐξέβαλε τοῦ παλατίου τῆς Θεοδότης τοὺς ἀδελφοὺς ὄντας πατρικίους καὶ Λέοντα τὸν ἐπιλεγόμενον τοῦ Σκληροῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν στρατηγὸν εἰς Πελοπόννησον. καὶ Λέοντα υἱὸν Βάρδα τοῦ Ἀρμενίου πταίσαντα τὸν Νικηφόρον τὸν δαρέντα καὶ κουρευθέντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐξορισθέντα οὗτοι ἀνεκαλέσαντο, καὶ ἐποίησαν αὐτὸν πατρίκιον καὶ στρατηγὸν τῶν ἀνατολικῶν· ὃς καὶ ἐτυράννησεν αὐτοὺς πονηρὸς ὤν, ὡς ὕστερον λέξομεν· λοιπὸν οὖν τούτων γενομένων ἐπαρθέντες οἱ Βούλγαροι ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ τοῦ Νικηφόρου ἐβούλοντο ἀπελθεῖν πρὸς πόλεμον. ταῦτα γνοὺς Μιχαὴλ βουλὴν ποιησάμενος συνήγαγε πάντα τὰ θέματα, στρα- P. 429 *τεύσας καὶ ἄλλους πολλοὺς ἀντὶ τῶν ἀπολειφθέντων ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὰς κλεισούρας τῆς Συρίας συναθροίσας, Λυκάονας καὶ Κίλικας καὶ Ἰσαύρους καὶ Καππαδόκας καὶ Γαλάτας, καὶ πάντας παραλαβὼν ἐξῆλθεν δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἰνδικτιῶνος ς'. καὶ τῆς πό-*

orphanis et facultate sua privatis suppeditantes quae cuique erant necessaria; omnesque laetitia aeque ac beneficiis cumulantes ipsi ab omnibus gloria et honore reddebantur illustres. tribus etiam factionesque populi cuiuslibet toni poemata adulationis et voluptatis non expertia in honorem eorum certatim decantarunt. omnes etiam in quos Nicephorus infenso fuerat animo quosque e palatio eiecerat, et Theodotae fratres qui erant patricii, et Leonem Scleri cognominatum, quem Peloponnesiaci tractus ducem instituit, et Leonem filium Bardae Armeni, qui laesae maiestatis reus plagis impositis a Nicephoro tonsus in monachum et in exilium eiectus fuerat, quem ipsi demum revocarunt et patriciatus honore decoratum orientalis exercitus crearunt ducem; qui tamen, ut exponemus inferius, homo nequam et improbus tyrannidem in eos exercuit. his ita gestis, victoria de Nicephoro parta Bulgari in superbiam elati bellum renovare consiliabantur. quod subodoratus Michael inito consilio legiones omnes coegit, novisque militaribus copiis deletarum prius in bello vice conscriptis clusurarum etiam per Syriam custodibus convocatis, Lycaones Cilices Isauros Cappadoces Galatas et alios omnes secum educens, anno imperii sui secundo, indictione sexta, urbe profectus est. effusa simul universa civitate, et Procopia Augusta coniuge sequente, vene-

λεως συνακολουθούσης αὐτῷ, καὶ Προκοπίας τῆς Αὐγούστης τῆς αὐτοῦ γυναικός, ἐξῆλθεν ἕως τάκιδούκτου, ποιοῦντες μαι- 3 ουμάδας καὶ διδόντες χαρίσματα τοὺς ἄρχοντας τοῦ στρατοῦ, παρακαλούσης αὐτοὺς τῆς Προκοπίας καὶ περὶ Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως, διαφυλάττειν αὐτὸν καὶ σκέπειν ἐν τῷ πολέμῳ καὶ ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν. κἀκεῖθεν πάλιν αὐτὴ B ὑπέστρεψεν ἐν τῇ πόλει. καὶ λοιπὸν ἀπάραντες ἐκεῖθεν ὅ τε βασιλεὺς καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἐγγυτόμησαν ἕως τῶν κλεισουρῶν. καὶ δὴ οἱ Βούλγαροι παρετάξαντο ἀπενάντι αὐτῶν, καὶ θεωροῦντες τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ οὐκ ἐτόλμησαν ἐπιχειρῆσαι, ἀλλ' ἵσταντο παρατεταγμένοι. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ λαὸς τοῦ βασιλέως ἵσταντο καὶ αὐτοὶ παρατεταγμένοι ἕως ἡμερῶν ιέ, μὴ τολμῶντες ἀλλήλοις βαλεῖν χεῖρα. καὶ λοιπὸν ἐταλαιπωρήθησαν ἐν τῷ καύσωνι στήκοντες τοῦ θέρους ἡμέρας καὶ νυκτὸς οἵ τε ἄνθρωποι καὶ τὰ κτήνη, καὶ ἦλθον εἰς ἀδυναμίαν πολλήν, προσδοκῶντες ὅτι οἱ Βούλγαροι εἶχον βαλεῖν χεῖρα, καὶ πάλιν οἱ Βούλγαροι ὁμοίως· καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτοὺς ἐν ἀμηχανίᾳ πολλῇ. καὶ δὴ ὁ Ἀπλάκης ἦν ἐπὶ τὸ ἓν μέρος τῆς C ἄκρας, ἔχων τοὺς Μακεδόνας καὶ τοὺς Θρακησιανούς, καὶ δηλοῖ τὸν βασιλέα "ἕως πότε στήκομεν καὶ ἀπολλύμεθα; ἐγὼ πρῶτος βάλλω χεῖρα ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτοὶ μετὰ προθυμίας ἐπεισέλθατε. καὶ ἔχομεν νικῆσαι· πλείους γὰρ αὐτῶν ἐσμὲν δεκαπλασίων." ὡς καὶ ἦν. καὶ ἀρξάμενος

23. δεκαπλασίῳ?

runt usque ad aquae ductum, velut festum solemne celebrantes, exercitusque principes gratiis et muneribus cumulantes, eos adhortante Procopia imperatorem Michaelem studiose custodire eumque in bello protegere et pro Christianis decertare; et inde reversa est in urbem. ceterum inde solventes imperator et omnis populus appropinquarunt usque ad limitem et angustiarum arces. Bulgari etiam stabant ordinati ex adverso eorum, visaque exercitus multitudine non sunt ausi eos aggredi, sed stabant instructa acie: similiter et copiae imperatoris stabant ordinatae per quindecim dies, non ausae invicem manus conserere. demum aerumnis confecti, aestatis tempore caloribus immodicis diu noctuque expositi homines pariter et iumenta, extremam pene in perniciem redacti, Romani in Bulgaros impressionem facturos et Bulgari vicissim Romanos in se irrupturos sperabant: quare attonitos et animi anxios ex utraque parte cernere licebat. Aplaces igitur ad extremam exercitus alam Macedones et Thracesianos sub se habens significat imperatori "quousque tandem stamus inertes et perniciem quaerimus? ego primus in nomine domini manus consero. vos audacter adeste, et nostra erit victoria: decuplo quippe plures numeramur." et vere

τοῦ πολέμου συνεχύθησαν ἐπ' αὐτὸν οἱ Βούλγαροι, καὶ οἱ
Θράκης ἤρξαντο κόπτειν αὐτούς. καὶ λοιπὸν τῆς μάχης ἀρ-
ξαμένης οὐκ ἦλθον εἰς βοήθειαν οἱ λοιποὶ λαοί, ἀλλὰ δειλιά-
σαντες ἔδωκαν εἰς τροπήν, πρῶτον τὸ θέμα τῶν ἀνατολικῶν·
D καὶ καταλειφθέντες μόνοι οἱ τοῦ Ἀπλακίου, καὶ μὴ ἰσχύον-
4 τες ἀντιστῆναι, ἤρξαντο κόπτεσθαι καὶ αὐτοί. καὶ λοιπὸν
ἰδόντες πάντα τὰ θέματα ἔφυγον, παρ' ὀλίγον καταλιμπάνον-
τες καὶ τὸν βασιλέα, οἱ τὸ πρὶν καυχώμενοι ὑπὲρ τοῦ βασι-
λέως καὶ τῶν Χριστιανῶν ἀγωνίζεσθαι. ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐν
τῇ Βουλγαρίᾳ εἰσελθόντες ἐν τόποις δυσβάτοις ἐκυρίευσαν
ἡμᾶς, ἔξωθεν δὲ ἐπὶ κάμπου νικῆσαι αὐτοὺς ἔχομεν. καὶ
πάντα ἐψεύσαντο· μήπω γὰρ ἀρξάμενοι πολεμεῖν ἔφυγον.
καὶ λοιπὸν ἐπλήγη ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ ὅ τε Ἀπλάκης καὶ
πολλοὶ ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. οἱ δὲ λοιποὶ ἰδόντες ὅτι οὐκ
ἔχουσίν ποθεν βοήθειαν, ἔφυγον καὶ αὐτοί. ἦν δὲ ὁ τόπος
P. 430 κοιλὸς ἐν ᾧ συνέβαλον τὴν μάχην, καὶ τὰ θέματα ἵσταντο
πρὸς τὸ ὑψηλότερον μέρος. καὶ τραπέντων αὐτῶν ἐλογίζοντο
5 ὅτι οὐκ ἔφυγον ἀλλ' ὀπισθοπόδησαν καὶ τροποῦνται αὐτούς·
καὶ εὐθέως οὐ κατεδίωξαν αὐτούς. καὶ μετὰ μικρὸν ἀνακύ-
ψαντες ὀλίγον θεωροῦσιν ὅτι δρόμῳ πολλῷ φεύγοντες ἀπέ-
κρυψαν, καὶ λύσαντες τοὺς χαλινοὺς τῶν ἵππων κατεδίωκον
ὀπίσω αὐτῶν. αὐτοὶ δὲ φεύγοντες ἀλλήλους συνεπάτουν, καὶ

15. *πόθι* P i. e. editio Parsisiensis 16. *ἐν ᾧ*] *ἔνθα* cod

insigne adoravit et osculatus est. tali spectaculo cunctis, dolum et versutiam eius ignorantibus, factum satis. insequente pariter luminum festo aequali modo processit, et ingressus non adoravit; primumque illud simulanter haud vere exhibitum cognoverunt. peractisque proinde festorum solemnibus coepit aggredi velut Pharao Israelem, et episcoporum quosdam blanditiis promissisque suffurabatur. et qui ipsi morem gesserunt, ex eo quem habebant ad praesens saeculum affectu, quippe prius iuramento interposito et crucibus appositis pro veritate morituros se affirmabant, singuli ferme conversi sunt in partem adversam. eam ob rem per desertores episcopos patriarchae significat "condescende modicum nobis, et futilia quaeque resecabimus: si nolueris, in throno te residere non permissuros scito." his spretis tanquam periuris et cruciculcis patriarcha imperatori denuntiat "quod lubet exequere, dogmatibus quippe a patribus pie definitis nihil unquam insuper addo, neque contrarium sentientibus adstipulor." haec dum geruntur, in infirmitatem decidit patriarcha, adeo ut diebus paucis salus eius a medicis desperaretur; cuius imperator certior factus, de vi facta non nihil remisit, eo mortuo cuncta se pro voluntate facilius executurum cogitans. ceterum dei manu mi-

χαμαιλέων παρασκευάζει λάθρα διά τινων τοὺς στρατιώτας
19 ἀνελθεῖν εἰς τὸ πατριαρχεῖον καὶ συρτὰ καταβάσαι αὐτόν. ἦν δὲ ἡ παρείσβασις τῶν νηστειῶν. καὶ συναχθέντες παμ-
C πληθεὶ ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἐγέμισαν τὰ προαύλια τῆς ἐκκλησίας, κράζοντες καὶ βοῶντες ἀτάκτως. καὶ λοιπὸν ἤρξαντο ἀνασκάπτειν καὶ ἀναθεματίζειν τοὺς ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ Γερμανὸν καὶ Ταράσιον καὶ Νικηφόρον. ἅπερ ἀκούσας ὁ πατριάρχης ηὐχαρίστησε τῷ θεῷ μετὰ δακρύων ὅτι ἠξιώθη ὑπὲρ εὐσεβείας ταῦτα ἀκοῦσαι. καὶ δὴ ὥρμησεν ὁ λαὸς ὁμοθυμαδὸν πρὸς τὸ ἀνελθεῖν εἰς τὸ πατριαρχεῖον. καί τις Θωμᾶς πατρίκιος ἀπὸ δισυπάτων γενόμενος, ὃς τότε τὴν ἐκκλησίαν παρέλαβεν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἀσφαλίσας τὰς πύλας τοῦ πατριαρχείου
D ἀπεδίωξεν αὐτοὺς ὡς δῆθεν τοῦ βασιλέως χωρὶς ταῦτα ποιοῦντας. καὶ λοιπὸν ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἀπελθὼν πρὸς τὸν χαμαιλέοντα εἶπεν αὐτῷ τοῦ λαοῦ τὴν ἄτακτον ῥύμην. ὁ δὲ ἀεὶ ψεύστης ὢν ἠρνήσατο εἰδέναι, μηδὲ ἀπεστάλθαι παρ' αὐτοῦ. ἀλλά, φησίν, ἀνάγκην ἔχουσιν καὶ πόνον οἱ λαοί, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐποίησαν. καὶ λέγει ὁ Θωμᾶς ὅτι εἰ κελεύεις αὐτόν, δέσποτα, ἐξεῶσαι, οὐ πολλῶν ἐστὶ χρεία. δύο ὀνόματα ἀπόστειλον, καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν βαστάσαι· οὐ γὰρ δύναται περιπατῆσαι ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκ τῆς νόσου, καὶ οὕτως

raculorum effectrice non nihil sublevatus est patriarcha; quod cum rescisset Chamelaeon, quorundam ope milites in patriarchium clam penetrare disposuit, et silenter eum abducere. erat porro ieiuniorum initium. conferta itaque multitudine coacti, velut Iudaei in Christum insilientes, cum gladiis et lignis ecclesiae atrium repleverunt, clamantes et tumultuose vociferantes; coeperuntque execrari et diris devovere sancta in memoria defunctos Germanum Tarasium et Nicephorum. quae quidem audiens patriarcha deo cum lacrimis gratias egit, quod pietatis defendendae causa haec audire mereretur. confestim conspiranti impetu populus insiliit, ut in patriarchium ingrederetur. mox Thomas quidam patricius, bis exconsul, qui tunc velut imperatoris iussu ecclesiam tutandam susceperat, portis patriarchii occlusis eos removit, velut inscio imperatore istiusmodi facinora molitos. protinus ad Chamelaeontem praefatus vir profectus inordinatum populi motum denuntiavit. ille pro solito mendax, se quicquam scire vel quemquam a se missum negare: "verum" inquit "necessitate compulsus et animi maerore tactus populus in huiusmodi factum prorupit." subinfert Thomas "si eum iusseris expelli, domine, non opus multis. tantum homines duos mitte, aliosque qui efferant: non enim ingravescente valetudine a se potest procedere; atque ita discedet." id

ἐξέρχεται. ὃ δὴ καὶ ἐποίησεν. τῇ νυκτὶ ἀποστείλας τινὰς ἐξέωσεν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ καταγαγόντες μετὰ φόρου οἱ ἀποσταλέντες ἔστησαν μέσον τῆς ἀγορᾶς τοῦ Μιλίου, ὅπως P. 441 τινὲς τῶν στρατιωτῶν ἀποκτείνωσιν αὐτόν. καὶ ἐπειδὴ βράδιον ἦν καὶ πάντες ὕπνῳ κατεφέροντο, οὐδεὶς ἐσαλεύθη. καὶ ποιήσαντες ὡσεὶ μιῶριν, καὶ μηδὲν ἀνύσαντες περὶ οὗ ἐβούλοντο, ἦραν αὐτὸν ἐκεῖθεν καὶ κατήγαγον εἰς ἀκρόπολιν καὶ βαλόντες ἐν ἀκατίῳ ἔρριψαν πέραν εἰς Χρυσόπολιν. καὶ τὸ πρωῒ ποιήσας σελέντιον ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας εἶπεν πρὸς τὸν λαὸν "οἴδατε, ἀδελφοί, ὅτι ὁ πατριάρχης παρεάσας τῆς ἐκκλησίας ἀνεχώρησεν, διότι ἐλέγομεν αὐτῷ περὶ τῶν εἰκόνων, ὅτι κακῶς προσκυνοῦνται, καὶ ὅτι διὰ τοῦτο τὰ ἔθνη κυριεύουν ἡμῶν. αὐτὸς δὲ μὴ ἔχων εὔλογόν τι ἀπολογήσασθαι, B ὀργισθεὶς καὶ ἀτιμάσας ἡμᾶς ἀνεχώρησεν. καὶ λοιπὸν ἀνάγκην ἔχομεν ἕτερον πατριάρχην ποιῆσαι." καὶ ταῦτα ψευσάμενος ἔπεισεν τὸν λαὸν ὅτι παρῃτήσατο. καὶ δὴ βουλομένου αὐτοῦ ποιῆσαι Ἰωάννην τοῦ Παγκρατίου, καθ' ὃ καὶ προσυνέθετο αὐτῷ, διεκωλύθη παρὰ τῶν πατρικίων λεγόντων ὅτι νέος ἐστὶ καὶ ἀφανής, καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς γέροντας προσκυνεῖν καὶ προσπίπτειν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τοὺς εὐγενοὺς καὶ ἐμφανεῖς καὶ χρόνῳ προβεβηκότας γενέσθω. καὶ δὴ ἐπελέξατο Θεόδοτον υἱὸν Μιχαὴλ πατρικίου τοῦ

2. φορείου margo P

ita fecit, summissis nocte qui patriarcham eiicerent ecclesia. quare qui missi fuerant, lectica patriarcham abducentes medio Milii foro steterunt, ut eum militum quidam occiderent. erat porro profunda nox, somnoque cunctis depressis nullus se movit. post mediam horam, in nullo quorum erat molimen proficientes, tulerunt eum inde et in arcem abduxerunt, lintrique impositum trans fretum ad Chrysopolim proiecere. mane comitiis habitis filius perditionis ad populum sermonem habuit. "videtis, fratres, ut patriarcha ecclesia derelicta discesserit, quod cum eo de imaginibus fuerimus collocuti, et exposuerimus propter eas a gentibus nos affligi. is vero responsi congrui penitus ignarus, ira praeceps et nobis neglectis abiit. alium igitur patriarcham institui necesse est." ita mentitus persuasit populo eum abdicasse se dignitate: Ioannem quippe Pancratii filium, ut prius cum eo pactus erat, ad istiusmodi dignitatem promovere studebat. a patriciis tamen in hunc morem monentibus prohibitus est. "iuvenis est" inquiebant "et ignobilis: neque decet nos senes eum venerari et coram eo procidere, quin potius ex ingenuis et illustri familia natis aetateque provectis patriarcha promoveatur." eam ob rem Theodotum Michaelis patricii Melissini, Constantini imperatoris Caballini

C Μελισινοῦ, συγγάμβρου ὄντος Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως
τοῦ Καβαλλίνου κατὰ τὴν τρίτην αὐτοῦ γυναῖκα. αὐτὸν τὸν
Θεόδοτον, σπαθαροκανδιδάτον ὄντα, συνθέμενον τῷ δόγματι
αὐτοῦ ἐκούρευσεν στεφανίτην, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν πατριάρχην,
χειροτονήσαντες αὐτὸν τὸ πάσχα, ἄνθρωπον μηδὲν πνευματι-
κὸν ἐπιστάμενον μηδὲ παιδευθέντα τῇ γραφῇ ἀλλ' ἢ ὀλίγου
τινός, καὶ μηδεμίαν εὐσέβειαν κεκτημένῳ, μόνον ὅτι πρᾶος ἦν
καὶ ἐφαίνετο τοῖς ἀνθρώποις ἐνάρετος. οὗτος εἰσελθὼν εἰς
τὸ πατριαρχεῖον ἤρξατο ποιεῖν ἀριστόδειπνα πολυτελῆ διὰ
κρέατος, καὶ τοὺς ἐκ νέας ἡλικίας μὴ φαγόντας κρέα κληρι-
D κοὺς καὶ μοναχούς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπισκόπους ἐποίησεν
διαλῦσαι καὶ ἐσθίειν ἀφειδῶς· καὶ ἔνθα ποτὲ ἦν εὐλάβεια
πολλὴ καὶ σεμνότης καὶ ἐγκράτεια καὶ ἀρετή, ἦν ἰδεῖν γέλοια
καὶ παιγνίδια καὶ παλαίσματα καὶ αἰσχρολογίας γενομένας,
μὴ ἔχοντος διδασκαλίαν τὴν οἱανοῦν. καὶ λοιπὸν μετὰ τοῦ
πάσχα ποιεῖ σύνοδον ὁ χαμαιλέων ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῇ
λεγομένῃ Σοφίᾳ, καὶ καθίσας τὸν αὐτὸν Θεόδοτον, ὃν ἔλεγεν
Κασσιτερᾶν, ὡς ἅτε πατριάρχην, καὶ Συμβάτιον τὸν υἱὸν αὐ-
τοῦ, ὃν ἐπέθηκεν Κωνσταντῖνον, καί τινας ἀσεβεῖς ἐπισκόπους,
παρεσκεύασεν πῆξαι σταυροὺς κατὰ τῆς ἀληθείας, αὐτὸς εὐ-
P. 442 λαβηθεὶς πῆξαι σταυρὸν διὰ τὸ πρότερον καθυπογράψαι ἐν
τῷ βασιλεύειν αὐτὸν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τοῦ μὴ παρα-

6. ἢ] ἢ ἐξ Comb

ob tertiam eius coniugem leviri, filium elegit: istum, inquam, Theodotum spatharocandidatum, opinatis eius consentientem, maritali nuptiarum corona notatum, tonderi iussit et patriarcham consecrari. celebrata est ordinatio eius paschatis festo, hominis, inquam, qui nihil spirituale calleret, nulla scripturae parte foret eruditus nisi forte levissima, qui nullam erga deum pietatem ostentaret; tantum quod mansuetudine praestaret, et bonus hominibus appareret, commendabatur. hic cum patriarchalem dignitatem subiisset, opipara meridiana serotinaque carnibus appositis coepit agitare convivia, clericosque et monachos nec non episcopos, a iuvenili aetate carnium esu abstinentes, continentiam abrumpere et ad ingluviem comedere compulit; et ubi primum pietas plurima, honestas, continentia et virtus enitebat, ibi risus lusus luctas turpiloquia haberi absque disciplinae cuiuscumque iugo vidisses. post pascha igitur convocat synodum Chamaeleon ad magnam ecclesiam nomine Sapientiam, et Theodoto, quem Cassiteram appellabat, velut patriarcha sedere iusso, filioque eius Symbatio, cui Constantini nomen imposuit, et quibusdam aliis irreligiosis episcopis in consessum inductis, cruces et iuramenta adversus veritatem figere disposuit. ipse crucem exarare veritus, quod prius, cum

σαλεύειν αὐτήν· ὅπερ ὁ ἄθλιος οὐκ ἐφύλαξεν. καὶ λοιπὸν ἀναγνώσαντες τὸν τόμον ὃν ἐποίησαν οἱ τοῦ ψευδοσυλλόγου προασπισταί, ὃν ἐπωνόμασαν ὅρον τῆς ἑβδόμης συνόδου τῆς ἐν Βλαχέρναις, ἀναθεματίσαντες οἱ τοῦ ἀναθέματος κληρονόμοι τοὺς ὀρθοδόξους ἡμῶν πατριάρχας, ἤγαγον δέ τινας μητροπολίτας καὶ ἐπισκόπους τῶν ὀρθοδόξων τυραννικῶς σύροντες, ῥήξαντες ἐν μέσῳ τῆς ληστρικῆς αὐτῶν συνόδου, ἐπάτησαν, ὡς δῆθέν τι εὐσεβὲς ποιοῦντες οἱ ἀσεβεῖς, καὶ παραδόσαντες αὐτοὺς τοῖς στρατιώταις αἱματοφύρτους ἀπήγαγον εἰς B
τὰς φυλακὰς καὶ εἰς τὰ δεσμωτήρια· ποιήσαντες δὲ ἡμέρας τινὰς ἐκεῖσε πάλιν ἐξήγαγον, καὶ ἀνακρίναντες καὶ εὑρόντες μὴ πειθομένους τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις ὑπέμνησαν τὸν ἀρχηγὸν τοῦ ψεύδους, καὶ ἀπέστειλαν αὐτοὺς εἰς ἐξορίαν· οὕς τινας καὶ ἐν τῇ ἐξορίᾳ πέμπων ἐβασάνιζεν. λοιπὸν οὖν λαβὼν τὸ κράτος τῆς ἀσεβείας πᾶσαν πονηρὰν δραματουργίαν εἰργάζετο, τὰς δὲ ἁπανταχοῦ εἰκόνας τῶν ἐκκλησιῶν κατέστρεψεν καὶ κατέκαυσεν, καὶ ἱερὰ σκεύη συνέτριψεν ἔχοντα εἰκόνας, καὶ τοὺς τολμῶντας λαλῆσαί τι ἐγλωσσοκόπησεν· τοὺς μὲν ἐφόνευσεν ἀπὸ δαρμοῦ, καταστήσας καὶ δηλάτορας ἀν- C
θρώπους ἀσεβεῖς, ἵνα ὅπου ἂν εὕρωσί τινας μὴ κοινωνοῦντας καταμηνύσωσιν. οὕς τινας εὑρισκομένους δαρμῷ ἀφορήτῳ καθυπέβαλλεν, δημεύων καὶ τὰς ὑποστάσεις αὐτῶν, καὶ

regnum capesseret et orthodoxam fidem non immutaturum se profiteretur, quod infelix haud custodivit, iuramentum interposuit. hoc pacto tomum illum a pseudosynodi (quam septimae synodi ad Blachernas decretum vocaverunt) defensoribus editum coram legerunt, et orthodoxos patriarchas nostros anathematis haeredes anathemate percusserunt, et more tyrannico metropolitas et episcopos orthodoxos per vim tractos et in medium praedatoriae istius synodi proiectos conculcaverunt pedibus, quasi pietatis opus impietatis ministri agerent, et proprio sanguine infectos militibusque traditos in custodias et carceres detruserunt. ibique diebus aliquot detentos rursum eductos et examinatos morem dictis suis gessisse non reperientes, imperatore mendacii auctore de iis monito, in exilium miserunt; quos insuper in exilio positos missis tortoribus variis suppliciis affecit. una igitur cum imperio facinus quodvis impium perpetrandi potestate arrepta, nullum scelus sibi non admittendum decrevit, a nullo crimine sibi putavit temperandum. imagines vero per ecclesias ubivis erectas deposuit et combussit, sacraque vasa caelatis imaginibus insignia contrivit. de his obmutire ausis linguas abscidit, istos contudit verberibus, alios delatoribus et impiis hominibus institutis, ut ubicunque aliquos sibi non communicantes reperirent, accusari permisit. repertos autem

εἰς ἐξορίαν ἀποστέλλων οὐ μόνον ἄνδρας ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. καὶ τί δεῖ λέγειν τὴν σκοτόμηναν τῶν τότε κακῶν; τοὺς γὰρ μεταβάντας πιστοὺς ἔν τισι κλίμασι καὶ εἰς χώρας τὰς μὴ προσηκούσας αὐτῷ πέμπων εἰς τοὺς τοπάρχας τῶν ἐθνῶν ἐζήτει πιάσαι, ἄλλος Ἀντίχριστος γενόμενος. ὅθεν πολλοὺς ἐπισκόπους καὶ μοναχοὺς συλλαβὼν ἀπέκτεινεν καὶ ἐθαλάσσωσεν. τοὺς ἐξορίστους ἐπισκόπους καὶ μοναχοὺς ἀνεκαλέσατο

verberibus intolerandis subiiciebat, facultates publico addicebat, et in exilium pellebat non viros solum sed et mulieres. quid malorum illorum caliginem memorare necesse est? fideles enim decretorum suorum transgressores in alienas regiones missos a locorum dominis gentilitate detentis comprehendi novus Antichristus factus curabat; ex quo episcopos et monachos plures ea detentos occidit, et exilio multatos episcopos maris insulis inclusit. monachos revocavit

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΣΥΓΓΡΑΦΗ

ΤΗΣ ΚΑΤ ΑΥΤΗΝ ΑΛΩΣΕΩΣ.

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ
ΣΥΓΓΡΑΦΗ
ΤΗΣ ΚΑΤ' ΑΥΤΗΝ ΑΛΩΣΕΩΣ.

EUSTATHII ARCHIEPISCOPI
DE CAPTA THESSALONICA
NARRATIO.

Εὐσταθίου τοῦ Θεσσαλονίκης συγγραφὴ τῆς εἴθε ὑστέρας κατ' αὐτὴν ἁλώσεως, ἠρρωστημένης μὲν ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν Κομνηνὸν Ἀνδρόνικον δυσδαίμονος βασιλείας καχεξίας λόγῳ, ἣν ἐκεῖνος φαῦλα διαιτῶν κατὰ τῆς οἰκουμένης πολλὴν ἐκ μακροῦ ἤθροιζε, ταχὺ δὲ πάνυ τεθεραπευμένης ὑπὸ τοῦ ἐλευθερωτοῦ, μεγάλου βασιλέως Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου, διαδεξαμένου ἐκεῖνον εὐδαιμόνως καὶ εὐτυχῶς τῷ κόσμῳ, προνοίᾳ καὶ εὐμενείᾳ θεοῦ, μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας τοῦ ἁλῶναι τὴν πόλιν, ἐν τῷ χρήσασθαι ὀξυχειρίᾳ ἔργων, ὡς δέον μάλιστα ἦν, ἧς αὐτῷ θεὸς συνεφήψατο, καθὰ λόγος ἕτερος καιρὸν εὑρηκὼς περιηγήσεται. 267 ed. Tafel.

Eustathii archiepiscopi de capta Thessalonica (capta utinam postremum) narratio, quum ea urbs graviter afflicta esset infausto Andronici Comneni imperio propter magnam, quam ille prava administratione per orbem terrarum undecunque conflabat miseriam, sed mox restitueretur felicissime a liberatore et imperatore eximio, Isaacio Angelo, qui prospere et orbi terrarum saluberrime providentia et gratia dei non multis post captam urbem diebus illum excepit, magna usus, qua sane quam opus erat, et quam illi deus impertiverat eximiam, agendi alacritate, quemadmodum, tempus et occasio nisi deerunt, libro explicabitur alio.

Προθεωρία τῆς τοιαύτης συγγραφῆς.

Πόλεων ἁλώσεις ἱστορούμεναι εἴτε συγγραφόμεναι μεθόδοις διοικοῦνται ὡς τὰ πολλὰ ταῖς αὐταῖς. οὔτε δὲ ἁπάσας τὰς ἐπιβαλλούσας ἠναγκασμένως ὁ γράφων διαχειρίσεται, οὐδὲ μὴν τὰς ἀμφοτέρωθι χρηστὰς ὡσαύτως διοικονομήσεται· ἀλλὰ καθιστορῶν μὲν καὶ ἀπαθῶς γράφων καὶ θεολογήσει ἔστιν οὗ, καὶ πρὸς φύσεως λόγον ἐμπλατυνεῖται, καὶ τὴν φράσιν δὲ ψιμιθιώσει πρὸς κάλλος ἀφειδέστερον, καὶ τοπογραφήσει, καὶ ἐκφράσεσιν ἐναγλαΐσεται, καὶ ὅλως οἷα ἔξω πάθους λαλῶν πολλὰ διαθήσεται πρὸς χάριν ἀκοῆς, οὐκ ἀφέξεται δὲ οὐδὲ τῶν ὡς εἰκός, στοχαζόμενος αὐτὸς ἐνταῦθά γε, ὅτι μηδὲ παρῆν τοῖς ἀφηγουμένοις κακοῖς, ὡς καὶ παθαίνεσθαι καὶ αὐτὰ δὴ φράζειν ἐκεῖνα. καὶ οὕτω μὲν ὁ τὰ πρὸς ἱστορίαν δηλῶν· ὁ δὲ καὶ συγγραφόμενος καὶ χρωτισθεὶς τῷ κακῷ πάντων ἐκείνων προσάψεται μὲν ἀναγκαίως, οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον δέ, μόνῳ πλεονάζειν ὀφείλων τῷ πάθει, καὶ αὐτῷ ἀναλόγως τῇ κατ' αὐτὸν προσωπικῇ ποιότητι. τοῦ λαοῦ μὲν γὰρ ὢν τίνα ἂν ἔχοι ψόγον εἰς κόρον παθαινόμενος; βίῳ δὲ ἀνειμένος τῷ κατὰ πνεῦμα, καὶ μεταξὺ τοῦ πενθεῖν καὶ τοῦ εὐχαριστεῖν τῷ κρείττονι οὐκ ἐπιτείχισμα ἐρυμνὸν ἀλλὰ χάος μέγα βλέπων, φείδοιτ' ἂν ἀκράτως τραγῳδεῖν. ὁ δ' αὐτὸς

De tali historia praemittenda disquisitio.

Expugnationes urbium sive priscae sive recentis memoriae quum narrantur, rationibus tractantur plerumque iisdem. neque autem quae locum habent rationes, scriptor necessario cunctas sequetur, nec in utroque genere utiles pari usurpabit modo. sed quum res olim gestas narrat et liber ab affectu animi vehementiori scribit, causas rerum nunc divinas scrutabitur, nunc copiose explicabit naturales, narrationemque ad suavitatem ornabit studiose, descriptionibus locorum indulgebit, gloriosiusque se iactabit in degressionibus, atque omnino, utpote a se aliena narrans, multa ad gratiam audientium conformabit, nec vero reticebit, sua usus divinandi facultate, quae probabilia ipsi videntur, quoniam non interfuit malis, quae narrat, nec vehementius illis commovetur. atque ita quidem scripserit, qui temporum priorum historiam consignaverit. sed qui suae aetatis historiam scribit et ipsa tinctus est calamitate, profecto ad omnia ista devolvetur necessario, sed non pari, atque ille, modo, sola coactus animi cupiditate, modum excedere, idque varie pro varia vitae statione. nam si e laicis sit, quid reprehendatur, si ad satietatem excanduerit? in vita autem spirituali collocatus, atque luctum et erga deum gratiam non vallo firmo, sed

οὐδ' ἂν παίζοι χορεύων ἐν πένθεσιν, ὁποῖον δή τι καὶ τὸ πάνυ καλλύνειν τοὺς λόγους κομμωτικῶς ἐν σκυθρωποῖς πάθεσι. καὶ τὰ ἄλλα δὲ συγγραφικὰ εἴδη σωφρόνως μεταχειριεῖται κατὰ μέθοδον ἰδίαν, οὔτε παράδοξα ἐκτιθεὶς ἀκούσματα κατὰ τὸν ἀπαθῆ ἱστορικόν, οὔτ' ἄλλα ὅσα πρὸς οὐκ ἄκαιρον φιλοτιμίαν καὶ πολυμαθίας ἔνδειξιν οἱ ἔξω πάθους τεχνάζονται.

Εἰ τοίνυν καὶ ἐμὲ τοιόνδε τινὰ ἡ παροῦσα συγγραφὴ 268
διαδείξει, αὐτίκα φανεῖται. ἄρξεται δὲ ὁ ὑποτεταγμένος λόγος ἀναγκαίως ἐξ αὐτοῦ πάθους, ὅτι μηδὲ ἦν τὸν ἐν ἐλεεινοῖς ὄντα μὴ τραγικεύσασθαι τό γε πρῶτον. εἶτα καθιστάμενος τοῦ οἴκτου, καί τι πρὸς βάρος ὑπομεμψάμενος τὸν αἴτιον καὶ συναίτιον τοῦ κακοῦ, γενήσεται τοῦ καὶ εὐκρινῶς καὶ σαφῶς, ἐπί τι δὲ καὶ μεγαλείως ἀφηγεῖσθαι· καὶ πῇ μὲν ἀφελῶς, ὡς ἐχρῆν, πῇ δὲ καὶ γλαφυρώτερον καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ἠργμένος, ἧς οὐδὲν καιρίως πρεσβύτερον, καταβήσεται εἰς τὰ ἐχόμενα καθ' εἱρμὸν καὶ τάξιν οὐ πάντῃ ἀπεριλάλητον, καὶ ἅψεται πάλιν τῶν τῆς ἁλώσεως πλατύτερον κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην, ἐπεὶ καὶ αὕτη μάλιστα πρὸ ἔργου ὑποβέβληται τῇ συγγραφῇ. ὅτι δὲ καὶ σημεῖα ἐν τοῖς τοιούτοις προφαίνει τὸ θεῖον, ἃ δὴ κἀνταῦθα ἐμφανῶς προέλαμψε, προσεφάψεται καὶ τοιούτων τινῶν ὁ λόγος εἰς σύμμετρον. οὐκ

ingenti separata intervallo videns, caveat profecto, immodice indulgere tragoediae. nec vero luserit idem in luctu choream ducens, qualis est quaesita illa in lugubri calamitate orationis exornatio. idem reliqua, quae ad historiam pertinent, prudenter ratione propria instituet, neque improbabiles rumores adhibens, sicut rerum priscarum scriptores solent, neque alia, quae historici, a calamitatibus, quas narrant, remoti, facere solent, ambitione illi quidem et ostentandae doctrinae studio haud inepto.

Iam vero, num me talem haecce historia scriptorem habitura sit, statim apparebit. ordietur autem narratio nostra necessario ab ipsa calamitate, quoniam fieri omnino non poterat, ut qui in malis versaretur, non lamentaretur certe quidem ab initio. deinde autem, missis lamentis et nonnihil pro merito reprehensis calamitatis auctore et eius socio, clare et perspicue et quadam ex parte adeo elate rem enarrabit ipsam; et quidem nunc simpliciter, prout res postulabat, nunc polite atque ornate; et deflexa nonnunquam a rei capite, quo nihil suo tempore antiquius, descendet ad res nexu et ratione non omnino praetermittenda cum illa coniunctas, ac revertetur rursus ad expugnationem copiosius omni ex parte enarrandam, siquidem id operis praecipue propositum est huic scriptioni. quoniam autem portenta rebus huiusmodi numen

ἀποστήσεται δὲ οὐδὲ τοῦ ἐκθέσθαι ἁμαρτητικὰς αἰτίας, ὧν ἕνεκεν τὰ δεινά, ὃ καὶ αὐτὸ οἱ συγγραφόμενοι ἐν ἔργῳ ἐλλόγως τίθενται. ἀνασκαλεύσει δὲ ἀμυδρῶς ἡ συγγραφὴ τὰ τοιαῦτα αἴτια ἐν ὑστέρῳ τοῦ ὅλου λόγου κατὰ μέθοδον διδασκαλικήν. οὐ γὰρ ἐν ἑτεροίῳ καιρῷ καὶ ἀνέγνωσται καὶ ἐκδέδοται, ἀλλ' ὅτε οἱ προεισόδιοι τῶν νηστίμων ἁγίων ἡμερῶν κατηχοῦνται εἰς ἀκοάς, ὡς ἀποτελευτᾶν τὸν λόγον εἰς διδασκαλίαν ἐκκλησιαστικήν, ἀρξάμενον ἄλλως ἀφ' ὧν κακῶν ἡ πόλις ἔπαθεν.

Ἀρχὴ αὐτοῦ δὴ τοῦ συγγραφικοῦ λόγου τῆς ἁλώσεως.

Ἔφηνε καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἄρτι χρόνος, εἴπερ τις ἕτερος τῶν πάλαι, ὑπόθεσιν ἣν ἀπαθὴς μὲν ἄνθρωπος καὶ μακρὰν ἑστὼς τοῦ κατ' αὐτὴν κινδύνου μεγάλην εἴποι ἂν καὶ βαρυσύμφορον καὶ πάνδεινον καὶ ἀπευκταίαν καὶ οὐ ῥᾷον φορητὴν καὶ πολυπενθῆ καὶ δακρύων πηγὰς ἐθέλουσαν καὶ τοιαῦτά τινα, ὁ δὲ δικτύων, ὅ φασι, σπειραθεὶς καὶ καθ' ἡμᾶς ἐνειληθεὶς τῷ πράγματι ἴσως μὲν οὐκ ἂν εὐπορήσοι πρὸς ἀξίαν ὀνομάσαι τὸ κακόν, ἐκκρουόμενος οὗπερ ἐθέλει νοεῖν τῷ ποικίλῳ καὶ ἐπαλλήλῳ τῶν συμφορῶν, ὅσαι κατέχασκον ἑκάστου τῶν δυστυχούντων, πολλαῖς καὶ διαφόροις οἰκειούμεναι

divinum praemittere solet, quae sane tum quoque clare micuerunt, illa quoque narratio nostra apte commemorabit. nec praetermissura est, peccata enumerare, unde ortae sint calamitates: quod et ipsum historici recte muneris sui existimant. scrutabitur autem obiter scriptio nostra huius generis causas in posteriore totius operis parte in modum praecipientis. etenim tempore recitata et edita est eo, quo vestibularii solemnis ieiunii ad auditiones congregati instituuntur, ita ut commentatio nostra in orationem ecclesiasticam exeat, profecta aliunde, a malis, quibus urbs afflicta est.

Initium ipsius de expugnata urbe operis historici.

Nostra nunc aetas, si qua vetusta, calamitatem genuit, quam quisquis ab ea alienus et longe remotus a periculo magnam, gravem, terribilem et detestandam, non facile ferendam, luctuosam et lacrimarum fecundam et aliis id genus nominibus appellaverit; sed ventis, ut aiunt, datus et miseria nobiscum implicatus nemo facile invenerit, quomodo malum illud digne nominaverit, ex loco quippe, quem tenere voluerit, extrusus semper varietate et fluctuatione calamitatum, quae undique inhiabant civibus miserandis, multis illae et variis appellandae nominibus. si tamen quis calamitatem verbo vo-

κλήσεσιν· εἰ δὲ καὶ δυνήσεται κατευστοχῆσαι τοῦ κακοῦ πρὸς ἔπος, ἐρεῖ ἂν αὐτὸ οὐκ ἀπεικότως φωστῆρος μεγάλου ἀφάνειαν, οὐδὲν μὲν ἐκεῖνος λέγων πρὸς πάθος (ἐχρῆν γὰρ ἄλλοις ὀνόμασιν ἐνταῦθα παθήνασθαι), τῷ μεγαλείῳ δὲ ὅμως ὀρθῶς ἐπιβάλλων τοῦ δυσπραγήματος. ἢ γὰρ οὐ τοιοῦτόν τι τὸ τὴν ἐν ταῖς ὑπ' οὐρανὸν πόλεσι πάνυ λαμπρὸν φαίνουσαν Θεσσαλονίκην οὕτω παθεῖν ὡς νῦν ἔχει; ἔχει δὲ ὡς ἂν ἀπεύξαιντο καὶ ἐχθροί, ὡσεὶ καὶ καλὸν εἶδος ἀφανισθὲν λυπεῖ καὶ τὸν ἦν ὅτε ἀπόστοργον. ὤμοι δαίμονος, ὃς οὕτω βριθὺς τηλικαύτης πόλεως εὐετηρίᾳ ἐνήλατο καὶ κατέστρεψεν. ἀπήγαγε μὲν οὖν αὐτὴν τέλεον, ὡς μηδὲ λείψανον ἐναπομεῖναι παλαιᾶς καλλονῆς. καὶ τείχη μὲν αὐτῆς ἠχρειωμένα, καὶ ἱερὰ τὰ πάντα κατῃκισμένα εἰς ὅσον οὐδὲ τόποι τολμητοὶ πᾶσι, καὶ οἶκοι εὐπρεπεῖς κατῃσχυμένοι, καὶ περιουσίαι πολιτῶν αἱ μὲν ἠντλημέναι αἱ δ' ἐκκεχυμέναι καὶ ἄλλως δὲ διεσπαρμέναι, τί ἂν λέγοιντο, ἔνθα οὐκ ἔστιν, ὡς ἐχρῆν, αὐτὰ διίξεσθαι; τὸ δὲ ἐν τῇ πόλει πλῆθος, οὐ μόνον τὸ στρατιωτικὸν ἀλλὰ καὶ τὸ λοιπόν, ὅσον ἐν ἱερᾷ πολιτείᾳ τῇ κατὰ κόσμον καὶ ὅσον δὲ λαϊκόν, τίς ἂν ἐς ἀξίαν δακρύσειε; ναὶ μὴν καὶ ὅσον τοῦ βίου τὸν φλοῖσβον διακρουσάμενον ὡς εἰς λιμένα κατήντησε τὸ ἀπρόϊτον τῆς ἐνοικήσεως, πάντες οὗτοι, ὡσεὶ καὶ ἀκρίδες πυρὶ κατὰ λήϊον ἐλαυνόμεναι, τῇ καυστηρᾷ μάχῃ πρὸς ὄλεθρον ἐξετινάσσοντο. καὶ οἱ μὲν πολέμιοι πε-

luerit assequi, haud immerito dixerit sideris eximii occasum: minime ille quidem significans rei miseriam (aliis enim lamentandum foret vocabulis), sed tamen magnitudinem rei recte attingens. annon tale quid est Thessalonicae inter urbes longe splendentis ea, qua afflicta iacet, calamitas? iacet autem ita, ut misereantur etiam inimici, sicuti formosam faciem, quum deleta est, miseretur etiam qui olim oderat. eheu daemonis invidiam, qui tam violenter tantae urbis felicitatem invasit et evertit! delevit eam, ut ne particula quidem pristinae pulcritudinis relicta sit. moenia urbis destructa, atque templa omnia ita dedecorata, ut ne loca quidem turpari solent cunctorum ludibrio obnoxia, aedificia splendida foedata, et bona civium partim exhausta partim dissipata et quocunque modo dispersa: haec, inquam, quo nomine appellentur, quando enarrari, ut par foret, non possunt? multitudinem autem urbis, non modo militarem, sed etiam reliquam, tum vitae mundanae clericos, tum laicos, quis digne lugeat? quid, quod etiam, qui evitarant tempestates vitae et tanquam in portum in claustra monasteriorum penetrarant, omnes, velut locustae flammis per segetes correptae, aestuoso bello in perniciem dabantur? hostes enim circumeuntes flammam irae in omnem civitatem evomebant; illi

ριστοιχίζοντες θυμοῦ πῦρ ἐξέκαιον ἐπὶ τὸν πολιτικὸν ἅπαν· ἐκεῖνοι δὲ οἱ μὲν ἐπικαταλαμβανόμενοι καί που καὶ σπαργανούμενοι πυρὶ τοιούτῳ πάντοθεν οὐκ εἶχον διεκπίπτειν ἀλλὰ πολυειδῆ τὸν κίνδυνον εἶχον, οἱ δὲ ὅσα καὶ σπινθῆρσι τοῖς βέλεσι πόρρωθεν ἔπασχον τὸ κακόν. ἥλιος μὲν νέον προσέβαλλεν ἀρούρας, οὐκ ἔσχε δὲ τὴν θανάσιμον διαλῦσαι νύκτα, ἀλλὰ κατεκαυχᾶτο τοῦ φωτὸς ἡ τῶν πιπτόντων ζόφωσις. οὔπω τις ἔφθη τὸν γλυκὺν ὕπνον ἀποθέσθαι· ὁ πικρὸς καὶ ἀνέγερτος αὐτὸν διεδέχετο, καὶ ὄναρ κακὸν ἐφίστατο ὕπαρ τῇ κεφαλῇ, καὶ ὁ βλέπων αὐτὸ κατέμυεν εἰς θάνατον. ἀπηλλάττετο κλίνης ἐγρηγόρσεως λόγῳ· καὶ ὁ πολέμιος σίδηρος ἄλλως αὐτὸν κατέκλινεν, ὡς ἐκεῖνος χαίρει κοιτάζων. πολλοῖς δὲ καὶ ἡμιγύμνοις ἔτι τὸ κακὸν τοῦτο θηρίον ἐνεφύετο, ἵνα μηδὲ κάμοι τοὺς ὀδόντας ἐντρῖβον σωμάτων καλύμμασι. καὶ στρατιωτῶν μέν, ἤδη δὲ καὶ τῶν ἄλλως ῥωμαλέων ἢ καὶ ὅλως ἀκμαίων εἴπερ ὁ πόλεμος ἐδράττετο καὶ διέσπα, ἐμπείρας ὀξείας ὄνυχας, ἐκαινοπράγει οὐδέν· φιληδεῖ γὰρ σώμασι τοιούτοις ἐκεῖνος, ὑφ' ὧν καὶ συγκροτούμενος θεραπεύεται ὡς τὰ πολλά. εἰ δὲ καὶ ἄνδρας ἀθλίους ἐφιλοτιμεῖτο ἀπάγειν, ἤδη τυμβογέροντας ὄντας καὶ εἰς γῆν κεκυφότας καί που, πρὶν ἢ καὶ πληγῆναι, γινομένους τοῦ Χάρωνος οἷς τῷ δέει παρίεντο, καὶ γραῦς δὲ τὰς πλείους καὶ ἐξ ὀμμάτων οὔσας καὶ κωφευούσας διὰ βαθὺ γῆρας, καὶ οὔτε

17. ὀξέας T (i. e. editio Tafeliana)

autem, partim correpti et undique quasi involuti incendio non poterant evadere, sed in multifario versabantur periculo, partim tanquam sparsis undecunque scintillis eminus telis obruebantur. sol radios in arva mittere coeperat, nec dispellere poterat noctem funestam; sed illudebant lucem pereuntium tenebrae. nemo citius suavem deposuerat somnum, quam somnus iste acerbus et perpetuus illum exciperet, et funesta species capiti eius adstaret, quam qui videret, oculos ad mortem claudebat. desiliebat de lecto, experrecturus scilicet: at ferrum hostile eum prosternebat, quo illud modo prosternere solet. multos adeo seminudos cruenta ista bellua feriebat, ut dentes ne fatigaret tegumentis inhaerens corporis. quodsi milites atque reliquos robustos et strenuos homines corripuisset et lacerasset, infixis unguibus acutis, nihil fecisset novum; gaudet enim eorum corporibus, a quibus excitatur et exercetur plerumque; sed quod etiam fractos rapiebat homines, senes morti propinquos et in terram curvatos adeoque, priusquam ferirentur, magno, quo angebantur, terrore Charoni mandatos, atque mulierculas plurimas visu audi-

βλεπούσας τὸ τῶν ὅπλων ἀστραπαῖον οὔτε βροντῆς αἰσθομένας τῆς ἐξ ἀπειλῶν, ἀλλὰ τοῦτο οὐ φρενήρης Ἄρης ἀλλὰ 269
δόρυ ἐνήργει μαινόμενον καὶ ξίφος οὐκ εὐδιάκριτον.

Οἴκτιστα δὴ ταῦτα βροτοῖς· ἐλεεινότατον δὲ ὅτι καὶ βρέφη συνέκειντο τοῖς παντοδαπῶς πίπτουσι, τὰ μὲν συνεκκεντούμενα ταῖς φερούσαις ἀγκάλαις, τὰ δὲ τῷ καταρρίπτεσθαι ὑπὸ δέους ἢ καὶ φόνου τῶν βασταζόντων, τὰ πλείω δὲ συγκαταπατούμενα. ἡ γὰρ τοῦ φεύγειν ἀνάγκη καὶ τοιοῦτον ἀπλῆγα φόνον ἐτυράννει, τὸν μὲν ἔσω τῶν ἐκκλησιῶν ὠθιζομένου τοῦ λαοῦ καὶ τῇ συμπιλήσει δυστυχοῦντος ψυχῶν ἀπαγωγήν, τὸν δὲ περὶ τῆς ἀκροπόλεως τὴν εἴσοδον, ὅτε πολεμικοῦ δόρατος ἄνω τοῦ κατὰ θάλασσαν ἑῴου πύργου ἀρθέντος τοῖς ἀντιμάχοις εἰς σύσσημον τοῦ τὴν πόλιν ἤδη καταπεπονῆσθαι, ὡς καὶ ἀναρριχᾶσθαι τοὺς βουλομένους ἔξωθεν, τὸ μὲν κάτω περιεῖναι ἀπέγνωστο, ἦραν δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς οἱ πλείους ὡς εἰς ὄρη τὴν ἀκρόπολιν, ἔνθα βοήθειαν ἐκαραδόκουν αὐτοῖς ἔσεσθαι.

Ὃ δὲ μάλιστα τὴν τοῦ κακοῦ πολυφθορίαν ἐνταῦθα κατηγορεῖ, τοῦτ' ἦν ὅτι ταῖς νεκρικαῖς θημωνίαις καὶ ἀλόγων ζώων σώρευμα παρετέθειτο. ἀχωρήτου γὰρ ὄντος μιᾷ πύλῃ τοῦ συνερρευκότος ἄνω λαοῦ, καὶ βιαζομένων μὲν παραδύεσθαι ὥστε σώζεσθαι, μὴ ἐχόντων δὲ παραδύεσθαι ἑκάστων,

tuque propter senectutem orbas, nec cernentes armorum splendorem, nec sonorum minacium tonitrua audientes, id quidem sanae mentis Martis non erat, sed hastae rabidae et gladii insanientis.

Sane quam acerba haec fuerunt mortalibus; acerbissimum vero, quod etiam infantes commixti iacebant cum ceteris ubique pereuntibus, partim perfossi inter amplexentium brachia, partim a portantibus inter caedem terroremve proiecti, plerique inter pedes conculcati. fugiendi autem necessitas etiam incruentam necem creabat, partim in templa compulsa et propter angustias animam efflante multitudine, partim in aditu arcis, quum, hasta hostili supra orientalem ad mare turrim ab adversariis elata, quod signum exhaustae iam urbis esset, ita ut etiam extrinsecus muros scanderet, quicunque vellet, partem urbis inferiorem servari posse desperaretur, sed oculos plerique in arcem tanquam in montes converterent, unde salutem sibi fore sperarent.

Quod vero inprimis miseriae calamitatem arguit, illud est, quod cum caesorum hominum acervis bruta miscebantur animalia. etenim quum una porta capere non posset confluentem ad arcem multitudinem, omnesque penetrare niterentur, ut servarentur, nec possent cuncti intrare, tum pedites tum equites, ruentium turba a tergo instante

τῶν τε πεζῶν τῶν τε καθ' ἵππους, ὁ κατόπιν θέων βαρὺς ὄχλος τὸν προάγοντα, καὶ τῇ ἐπιπτώσει πάσχων ἐκεῖνος τὸ ὅμοιον ὑπὸ τῶν ὀπισθαίτερον ἐγκειμένων, οὐδ' αὐτῶν ἀπηλλαγμένων τοῦ καθ' εἱρμὸν οὕτω πάσχειν, εἰς κολωνὸν θανατουμένων ἐκορύφου τὸ σύμπτωμα, πάντων ὁμοῦ πεφυρμένων, ἀνθρώπων ἵππων ἡμιόνων ὄνων, οἷς ἐπισεσαγμένα ἦσαν τὰ τοῖς πολλοῖς ἀναγκαῖα. καὶ βουνὸς ἐκεῖνος τοιοῦτος ἀντανίστατο τῷ τῆς πόλεως ἐκεῖσε πυργώματι, μικροῦ παρεοικὼς τοῖς ἐγειρομένοις πρὸ τειχέων χώμασιν, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ σκευωρεῖ ποτὲ πόλεμος.

Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τῇ πύλῃ τῆς ἀκροπόλεως, τῇ γε προφαινομένῃ· οὓς δὲ συνέσχε καὶ ἡ ἐνδοτέρω, ὅτε ὁ ἀχρεῖος αὐτὴν ἀκαίρως κατήραξε στρατηγὸς παρεισφθαρεὶς ἐν τῷ φεύγειν, ἄλλη τραγῳδία οὗτοι καινότροπος. ὥσπερ γὰρ μὴ ἀρκούντων τῶν ἄλλως πεπτωκότων, προσεπηύξησε τὸ κακὸν ἐκεῖνος ὁ μικρὸς μὲν τὰ καλὰ μέγας δὲ τὴν πονηρίαν, καὶ οἷόν τινα κορωνίδα καὶ αὐτὸς τῷ δυστυχήματι ἐκεφαλαιώσατο, οὐκ ἀνασχόμενος μὴ καὶ αὐτόχειρι φόνῳ προσεπιβλάψαι οὓς δυσβουλίαις κατεστρατήγησε, μάλιστα δ', εἰπεῖν τἀληθές, ταῖς εἰς μάχην καὶ φυλακὴν καθυφέσεσιν, ὡς ὁ λόγος προβαίνων ἐκφανῶς διαγράψεται, ὡς ἄν, οἶμαι, τοὺς πολεμίους πρὸς ἑαυτοῦ ποιησάμενος ἐκμειλίξαιτο, εἴγε καὶ πόλιν τοσαύτην ἀφῆκεν οὕτω πεσεῖν καὶ φόνων δὲ γέγονεν αὐτουργός, ἐπικαταθύσας καὶ αὐτὸς οὓς ἐπεμέτρησεν ὁ καιρός.

20. ὡς] ἅς?

prioribus et ipsa rursus idem patiente impetu sequentium, qui nec ipsi non premerentur similiter, turba morientium ad acervum accrescebat, cunctis confusis, hominibus, equis, mulis, asinis, quibus impositae erant res tantae multitudini necessariae. atque acervus is ita cumulabatur iuxta illud urbis propugnaculum, ut paene adaequaret aggeres pro moenibus exstructos, quos et ipsos aliquando bellum parat.

Atque haec quidem ad portam arcis foris gesta sunt. qui autem intra erant, quum male porta deiecta esset ab imperatore nequam, qui irrepserat inter fugam, aliam novam agebant tragoediam. etenim tanquam non sufficerent, qui cecidissent, auxit miseriam homo iste iners ad virtutem, sed strenuus ad nequitiam, et quasi coronidem imposuit calamitati, quum abstinere non posset, quominus ipse manu sua pessumdaret quos ducebat imperite, et quidem maxime, ut verum dicam, pugnis et stationibus perfidiose instituendis, quemadmodum rerum deinceps enarratio clare ostendet, quo hostes, opinor, sibi conciliaret demulceretque, si tantam urbem ita temere prodidisset

οὐ γὰρ ἄλλοις ἐπέταξε χαλασθῆναι τὴν κρυφαίαν ἐκείνην πύλην, μετέωρον ἠρμένην ἐκ μηχανῆς, ἀλλ' αὐτὸς τὸ τέχνασμα σχάσας κατὰ σπουδὴν κατήνεγκε καὶ κατὰ τῶν παρεισδυομένων συγκλείσας ἐπαγίδευσε τοὺς ὑποτρέχειν λαχόντας εἰς ὄλεθρον, σφιγκτῷ θανάτῳ μετηλλαχότας τὸ ζῆν καὶ κειμένους οἰκτρὸν θέαμα, τῷ μὲν ἡμίσει τοῦ σώματος προκύπτοντας ἐπὶ τὰ ἐντός, τῷ δὲ λοιπῷ προφαινομένους τοῖς ἐκτός, ὥστε κλαίεσθαι.

Ὁ δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον ἦν ἀνδρεῖος διολέσαι τὴν ὅλην πόλιν, ὡς ἅμα τε τοῦ πύργου γενέσθαι ὃς ὑπερανίσταται τῶν ἐκεῖσε πυλῶν, καὶ ἅμα διὰ σχοίνου καθεῖναι εἰς τοὺς ἐπιδραμόντας πολεμίους ἑαυτόν, ἐάσαντα τοὺς ἐπὶ τοῦ πύργου στρατιώτας κενὰ μελετᾶν ὑπὲρ τοῦ ἐρύματος, καὶ τὴν τρίβον αὐτοῦ καὶ τὴν σχοῖνον ταύτην ἐπαράτους ἐξιχνιάζεσθαι καὶ περιᾴδεσθαι.

Ἐνταῦθα παθαινόμενος προάγομαί τι λαλῆσαι πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ πυθέσθαι αὐτοῦ· τί δήποτε, ὦ βέλτιστε στρατηγέ, τὴν κάτω πόλιν κατακόπτεσθαι ἀφεὶς ἐγένου τῆς ἄνω μοίρας καὶ σπεύδων ἐκρύβης ἐντός, εἰ οὕτω ταχὺ ἐχρῆν σε καὶ αὐτὴν ἀφεῖναι τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριον; τί δὲ μὴ τὴν ἀγεννῆ φωνήν, τὴν τοῦ ἐλεηθῆναί σε, προέκρωξας, πρὶν ἢ καὶ καταπνῖξαι τοὺς ἐν τῇ πύλῃ σχεθέντας καὶ τοὺς λοιπούς; πῶς οὐ γελοῖον εἰσδραμεῖν τὴν ἀκρόπολιν ὡς εἰς ἄμυναν καὶ

et ipse caedem fecisset, morti immolatis, quos tempus et occasio illi obtulisset. neque enim alios occultam illam portam, ex machina quadam suspensam solvere iusserat, sed ipse, machinamento soluto, festinanter eam demisit, et, quasi decipula captos, perdidit, qui intrarent quum maxime, strangulatione enecatos et, miserabili ac flebili spectaculo, corpore dimidio intra, dimidio extra valvam proiectos.

Erat autem ille ad perdendam totam urbem ita eximius, ut, quum in turrim, quae supra illam portam exstructa est, pervenisset, statim per funem ad obsidentes hostes se demitteret, relictis, qui in turri erant, militibus, qui nequidquam defendebant id propugnaculum, et semitam illam et funem detestabilem insectabantur execrationibus.

Hic iam inter lamentationem meam facere non possum, quin, ad hominem istum conversus, quaeram: "cur tandem, dux bellissime, urbe inferiore perniciei tradita, in partem te superiorem recepisti et tam festinanter intus abdidisti, si ita cito illam quoque in manus hostium traditurus eras? aut cur infamem istam vocem, qua misericordiam flagitabas, non emisisti, priusquam ii, qui porta oppressi sunt, et ce-

ἀναπηδῆσαι εἰς πύργον ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἄνω ἑστώτων, καὶ αὐτίκα δράξασθαι σχοίνου καὶ θᾶττον κάτω γενέσθαι ἤπερ καδδίον ἐν ἱμονιᾷ κατὰ φρέατος; ὢ γέλωτος τούτου, ὅτι παρατεταγμένος ὁ λαμπρὸς ἡγεμὼν πρὸ τῶν ἑῴων πυλῶν ὡς ἐπὶ μάχῃ λαμπρᾷ, εἶτα ἰδὼν ἕνα τινὰ πολέμιον ἐλαφρισθέντα καὶ ὑπερφανέντα κατὰ τῶν ἐπάλξεων, ἀνῆκε τὸν ῥυτῆρα τῷ ἵππῳ θέειν, προτρέχων τοῦ παντὸς ὁμίλου τῆς στρατιᾶς· καὶ συμπατήσας τοὺς παρευρημένους καὶ εἰσδραμὼν ἄνω, εἶτα καὶ βλάψας πολλοὺς διὰ πύλης ἣν προεξεθέμεθα, τοὺς μὲν ὑπ' αὐτῆς ἐκείνης κατενεχθείσης ἐκ μετεώρου, τοὺς δὲ καὶ οἷς ἔξω συνεκλείσθησαν, ταχὺ μὲν ἀνέβη πυργομαχήσων, τάχιον δὲ κατέβη δουλωσόμενος, τοῦτο καὶ μόνον ἀνδρισάμενος, ὅτι μὴ διὰ σαργάνης ἐχαλάσθη σχολαίτερον, ἀλλὰ μικροῦ κατεπετάσθη ὡσεὶ καὶ βοσκηματῶδες πτηνὸν ἐπὶ νομήν· οὐ γὰρ δήπου ὡσεὶ καί τι ἀετῶδες ἐπὶ ἄγραν εὐγενῆ.

Καὶ οὐκ ἐχρῆν μὲν ἄνδρα, πάλαι μεμελετηκότα χεῖρας
270 ἁπλῶσαι γυναικικῶς τοῖς διώκουσιν, εἰς ἔρυμα παρεισδύεσθαι καὶ κόπους διδόναι τοῖς ἐπιτρέχουσι, μὴ καὶ εἰς πλεῖον μαίνοιντο. ὁ δ' ἀλλὰ τὰς φρένας βλαβεὶς ἔφευγε μὲν ὡς ἐπὶ φυλακῇ ἄνω, κατεφέρετο δ' εὐθὺς ἐκεῖθεν, ὡς ἂν εἴη τὸ ἀγεννὲς αὐτοῦ ἄτοπον, καὶ μὴ δοξασθείη πρός τινων ὡς ἄρα ἑάλω μαχόμενος. ἀνέβης εἰς ὕψος φροῦδος, ὦ οὗτος, τὸ

teri exspirarent? annon ridiculum, quum in arcem tanquam munimentum festinaris et turrim quasi ob salutem militum conscenderis, continuo funem comprehendere et delabi citius, quam situla in puteum demittitur? eheu mirum spectaculum, quod eximius iste dux ad portam orientalem constitutus, pugnam scilicet pugnaturus praeclaram, quum unum aliquem hostium moenia scandentem et supra propugnacula enitentem conspexit, immissis equo habenis, ante omnem militum multitudinem fugae se dedit, et conculcatis, qui obvii erant, in arcem contendit, multisque valva portae, de qua supra diximus, deletis, quum alii ictu portae desuper demissae, alii impetu eorum, quibuscum exclusi erant, perirent, festinanter turrim escendit, ut dimicaret, festinantius descendit, ut serviret, hoc unum strenuus, quod non in sporta delapsus est lentius, sed paene devolavit, velut in pascua avis pecuaria, minimo vero aquilae instar in praedam honestam ruentis.

Haud decebat profecto virum, qui pridem statuisset muliebriter manus obtendere insectantibus, in arcem irrepere et plectere obvios, ne dimicarent longius. verum fugit ille mente captus, velut servaturus arcem, atque statim illinc delapsus est, quo scilicet incredibilis esset nequitia eius, neve existimaretur pugnans captus esse. eva-

τῆς ἀκροπόλεως· ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἣν καὶ ἐκεῖ τοῖς πολεμίοις προύδωκας. ἀπ' ἐναντίας ταῦτα οἷς ψάλλει Δαυΐδ, οὗ τὴν κλῆσιν φέρων ἠχρείωσας.

Καὶ μή μοι νεμεσάτω μηδεὶς ἐνταῦθα γέροντι μικροψύχῳ, τοιαῦτα καταλέγοντι ἀνδρὸς οὗπερ ἡδέως ἂν μέσον ἧπαρ ἔχοιμι ὀδὰξ ἐμφύς, κατὰ τὴν Ὁμηρικὴν εἰπεῖν γραῖαν, ἀνθ' ὧν καὶ τηλικαύτης πόλεως κατέλυσε κάρηνα καὶ πολλῶν ἀνδρῶν γούνατ' ἔλυσε. γένοιτο δὲ μὴ καὶ εἰσέτι λυθῆναι, ὦ θεὲ βασιλεῦ καὶ ὦ θεράπον αὐτοῦ, πολιοῦχε ἡμῶν, μὴ καὶ ἐπεκταθείη εἰς μήκιστον τὸ κακόν. καὶ οἶδα μὲν συνιστῶν ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον τὰ πρὸ τῆς μάχης, καὶ εὐλογῶν ἐν εἰρήνης καιρῷ τὰ ἐκείνου, ὅτε οἱ μὲν κέρδους πρηκτῆρες πολῖται λαλαγοῦντες ἐπέκειντο κατ' αὐτοῦ ἅπερ ἤθελον, ἡμεῖς δὲ ἄλλως, ὡς ἔπρεπεν, ἡρμοττόμεθα. καὶ αὐτὸς δὲ ἀντιστρέφων τὸ φίλιον ἔφαινεν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ βλέμμα καὶ νεῦμα καὶ τὸ ἐν πρακτέοις βάδισμα. νῦν δ' ἀλλὰ τί καὶ δράσομεν, εὑρηκότες τὸν ἐπαινετέον ἐκεῖνον μεταβαλόμενον καὶ μηκέτι τόπους εἰς εὐφημίαν ὑποβαλλόμενον; ἢ πάντως ἐνθυμητέον ὡς καινὸν οὐδέν, καθὰ στέργων ἐκεῖνος τὰ πρῴην ἡμᾶς εἶτα ἐν ὑστέροις οὐκ ἠγάπα ἐλέγχοντας οἷα μηδὲ σοφὸς αὐτὸς κατὰ τὸν παροιμιαστήν, οὕτω καὶ ἡμᾶς τότε μὲν πρὸς ἐκείνοις εἶναι διὰ τὸ ὅσιον, ὅτι μηδὲ λίαν θρασὺς ἦν κατὰ τοὺς

sisti subito, o bone, in summam arcem; praedam praedatus es, quam hostibus inde obtulisti. contraria haec illis sunt, quae David cecinit, cuius tu nomen inquinavisti.

Nolito autem quisquam mihi ut seni animi pusilli succensere, quod ita hominem increpem, cuius medium hepar tenere cupiam dentibus, ut muliercula illa ait Homerica, quoniam tam eximiae urbis arcem destruxit, et tot virorum solvit genua. fas autem, o deus rex, et tu, serve eius, urbis nostrae patrone, ne iterum posthac profligemur, ut ne malum in infinitum crescat. atque fateor equidem, commendasse me ante bellum istum hominem et laudasse in pace facinora eius, quum quaestuosi cives conviciis eum, quantum vellent, insectarentur, nos autem aliter, ut decebat, erga eum affecti essemus. atque ille vicissim amicum nobis os vultumque et in rebus, quas ageret, ingenium ostendebat. enimvero quid iam agamus, postquam illum olim laudabilem mutatum nec iam laudi occasionem praebentem invenimus? profecto res minime mira videri debet, sicuti ille prius nos dilexerit, postea non amaverit reprehendentes, minime ille sapiens secundum proverbia, ita nos tunc calumniantibus obnisos esse, ut aequum esset, quoniam minime erat, secundum aequorum hominum sententiam, ad laedendam rem publicam temerarius, deinde au-

αὐθεκάστους τὰ κοινὰ σίνεσθαι, εἶτα δὴ ὄλεθρον ἐξ ἐκείνου προορωμένους μισεῖν ὡς αἴτιον, ἄρτι δὲ καὶ ὠλοθρευμένους ἐθέλειν καί τι μέγα κακὸν ἐκείνῳ προσβάξασθαι, ἀνδρὶ ἄλλως μὲν ἀγαθῷ δόξαντι (οὐ γὰρ σκορακιστέον τὰ πρὸς ἀλήθειαν), οἷς δὲ στρεβλῷ κανόνι συνδιεγράφη τῷ τοῦ δεσπόζοντος Ἀνδρονίκου, ἀλλ' ἐνταῦθα διεκπεσόντι ἐς ἄκραν φαυλότητα· οὔτε γὰρ ἀγαπῶν ἦν ἐκεῖνον, ὡς ὑποκαταβαίνοντες παραστησόμεθα, οὔτε αὖ ἀγαπώμενος, καὶ οὔτε εἰς γέρως ἔννοιάν τινα καθήκων, ἀλλὰ καὶ ποινὴν προορώμενος, ἅπερ ἡμῖν φανεῖται λυμηνάμενα. τοῦτό τε οὖν οὕτω ῥητέον, καὶ ὅτι οὐκ ἄν ποτε προστήσας τὸ φιλητὸν ἐγὼ κατόπιν θείην τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὰ συμπεσόντα προβαλόμενος εἰς συγγραφήν, ἧς ἀρετὴ τὸ φιλάληθες, οὐκ ἂν τὸ ταύτης ἐπισκιάσας φῶς ἀχρειώσαιμι· κατὰ γὰρ τὸν ὀρθῶς ἀποφηνάμενον φίλος μὲν ὁ ἀνήρ, φίλτερον δὲ τὸ ἀληθές. ἔτι δὲ συνθεωρητέον καὶ ὡς ἐγκωμιάζουσι μὲν ἐπιλεκτέον ὅσα χρηστά, καί που καὶ τὰ φαῦλα μεταχρωστέον δικηγορικώτερον, συγγραφομένοις δὲ μὴ οὕτως ἀλλὰ διαχειριστέον τοὺς λόγους ὡς τὸ ὑπὲρ ἑκάστων ἀληθὲς ἀπαιτεῖ· ἔνθα οὐ καιρὸς ἐπιλέγεσθαι τὰ πρὸς εὐλογίαν ἐγκωμίου νόμῳ, ἀλλὰ σπεύδειν πολυωρεῖν εἰς μνήμην τῶν ἐπιόντων αὐτὸ ἕκαστον, ὧνπερ ὁ χρόνος τρέχων παρέρριψεν. εἰ δὲ φθάσας ὁ ἡμέτερος οὗτος Δαυῒδ ἀγαθύνων ἦν τὸ τοῦ θεοῦ λάχος, ἀκουέσθω μὲν ἰδοὺ καὶ τοῦτο, συνακουέσθω δὲ καὶ ὅτι ἐξώλεσε, μικρὰ μὲν ἡδύνας, πικρά-

teum, miseriam ex eo praesagientes, ut perniciosum odio habuisse, nunc vero pessumdatos maledictis eundem insectari, hominem ceteroquin non malum (neque enim conviciari licet praeter id, quod verum est), sed ex quo pravae subscripsit Andronici tyranni pactioni, ad extremam nequitiam delapsum. neque enim amabat illum, sicut deinceps demonstrabimus, nec amabatur ipse, nec vero praemium sperare senetuti, sed etiam exspectare poenam debebat pro iis, quae nobis apparebunt perniciosa. hoc ita dicendum est, siquidem ego nunquam praelata amicitia postponam veritatem, sed receptis, quae gesta sunt, in historiam, cuius laus veritas, huius lucem nunquam obscurari sinam. namque, ut vere ille dixit, amicus ipse, magis amica veritas. deinde etiam hoc considerandum est: laudantibus eligenda esse honesta, adeoque turpia fucanda tanquam patronis, historicis non item, sed narranda his esse, quae postulat cuiusque rei veritas: ubi minime decet laudabilia componere secundum leges laudationis, sed ad posteritatem transmitti debet curiose, quidquid flumen temporis tulit. quodsi David noster prius bene administravit dotem sibi a deo impertitam, au-

νας δὲ μέγιστα, οἷς περιποιησάμενός τι χρηματιδίου τούτοις ἢ ἐκείνοις τέλος ἐζημίωκε τοὺς ἅπαντας μὲν εἰς πάντα τὰ αὐτοῖς ὄντα, μυρίους δὲ καὶ εἰς ζωήν. καὶ μή τις ὑποφερέτω νῦν ἀναφρονεῖν με καὶ ὑστέρῳ χρόνῳ ἐπιμηθικῶς αἰσθέσθαι οἷος ὁ Δαυῒδ ἀπέβη, ἐπειδὰν δηλαδὴ ἐδικαιώθη πεμφθῆναι τῷ Σικελῷ σύν γε τῷ Μαυροζώμῃ πρωτόλειον καὶ τῆς ἡμῶν ἀπωλείας ἀκροθίνιον· ὃν ὤφειλον Ἅρπυιαι φθάσασαι οὕτω πως διαθέσθαι πρὶν ἢ καὶ ἐξαπολέσαι ἡμᾶς. οὐ γὰρ ἄρτι ἐς νοῦν ἐγὼ ἐστράφην, ἀλλὰ τὸν ὅλον τῆς ἐπὶ πολέμῳ στρατηγίας αὐτοῦ χρόνον ἡμᾶς μὲν ἔθλιβον οἱ ἐχθροί, ἐγὼ δὲ ἐκεῖνον, ἐλέγχων, ἐξονειδίζων, ἐκφαίνων τὰ ὡς ἑκάστοτε σφάλματα, λαλῶν, εἰ καὶ εἰς ἀνήνυτον, ἅπερ ἤκουεν ἂν καὶ ἐξ ἄλλων, εἴπερ ἐπαρρησιάζοντο καὶ μὴ τὸ τῆς πόλεως κακοτυχὲς ἔκλειεν αὐτοῖς τὰ στόματα.

Δέδεικταί μοι ἀρκούντως, οἶμαι, ὡς οὐδέν τι καινοπραγῶ κακολογῶν ἀλλοφρονήσαντα τὸν Δαυῒδ, ὃν σωφρονοῦντα φθάσας εὐλόγουν. ἐγὼ δὲ οὕτω καὶ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον, ὃν ὑποκαταβὰς οὐκ ἂν εὖ λέγειν εἰς τὸ πᾶν ἔχοιμι, ἐν ἄλλοις ἐθαύμασα, φράσας ἐπιλέγδην ὅ τι τῶν κρειττόνων ἐκείνῳ ἐνέλαμπεν. οὐ γάρ τι κατὰ τοὺς φαύλους τῶν σοφιστῶν ἀναγράφω ἀντίφωνα. πρὸς δὲ συγγραφικὴν ταύτην ἱστορίαν οὐκ ἔχω κρύπτειν ὅσα τοῖς ἄρτι πρὸς εἱρμὸν συμβαίνουσιν, ὡς ἥ γε λοιπὴ ῥητορεία, ἡ πρὸς ψιλὸν ἔπαινον,

diendum hoc est, sed simul audiendum, paucis rebus bene, multis male gerendis, privasse eum postremum non solum, quibus prius quid nummorum parasset, singulos, sed cunctos bonis, innumerabiles etiam vita exuisse. ne tamen quis mihi exprobret, me nunc resipere et Epimethei instar sero sentire, qualis David iste fuerit, ex quo scilicet pateat, misisse eum Siculo cum Maurozoma praedae et miseriae nostrae primitias, quem utinam Harpyiae abstulissent prius quam nos pessumdaret: equidem non nuper animum mutavi, sed quamdiu ille bellum administravit, ut nos hostes vexabant, ita ego illum vicissim arguendo, exprobrando, ostendendo, quid peccaretur, dictitando denique, quamvis incassum, quae etiam ex aliis auditurus fuisset, si libere illi locuti essent, nec miseria urbis occlusisset ora.

Satis, opinor, demonstravi, nihil me singulare facere, quum reprehendo nequam factum David, quem prius sapientem laudabam. similiter imperatorem Andronicum quoque, quem procedente rerum narratione non laudarim perpetuo, in aliis rebus miratus sum, strictim commemoratis, quibus praecipue splendebat, virtutibus. minime enim malorum sophistarum exemplo declamationes in utramque partem scribo. quod autem ad hanc rerum nuper gestarum enarratio-

δοκεῖ κατὰ τὴν σοφὴν καὶ αὐτὴ μέλισσαν οὐ μόνον ἐξ ἀνθέων γλυκέων καὶ λοιπῆς χρησιμότητος ἑαυτῇ συγκροτεῖν τὸ μυρέψημα τοῦ γλυκάσματος, ἀλλά που καὶ ἐκ μὴ τοιούτων. καὶ γάρ τοι καὶ ἐκ περιττωμάτων οὐκ εὐαποφόρων ἐκείνη τιθαιβώσσει, ἐκλεγομένη τὰ συντείνοντα, καθὰ παρατετηρηκότες οἱ δεξιοὶ σιμβλοποιεῖν οἴδασι· καί τι συναγείρει κἀκεῖθεν, εἰς ὅσον τὰ κηρία στύφεσθαι καὶ συνέχεσθαι. ὁποῖα δή τινα μελίτταις Ἑρμοῦ ὑποκείμενα καὶ ὁ Δαυὶδ εἰχέτην καὶ ὁ Ἀνδρόνικος, καὶ μάλιστα ὁ Ἀνδρόνικος, παντοδαπὸς ἐκεῖνος ἄν-
271 θρωπος καὶ παμποίκιλος, καὶ τοῦτο οὐ χαιμαλέοντος δίκην εἴτε πολύποδος, Πρωτέως δὲ μᾶλλον, καὶ μάλιστα κατὰ Ἔμπουσαν, ἣ φρικτὰ ἐφάνταζεν. ὁ δ' αὐτὸς καὶ κατὰ εὐρίπους πολύστροφος ἦν, καὶ κατὰ τὴν ἀρχέγονον ἀνείδεον ὕλην ἅπασιν ὑποτέθειτο εἴδεσι πολυειδῶς· ὧν τὰ μὲν ἐπαινοῖτο, τὰ δ' οὐκ ἄν. ἔστι δ' ἐπ' αὐτοῦ προσαρμόσαι καὶ τὸ εἶναι μέν τινα παρ' αὐτῷ οἶκτον, εἶναι δὲ καὶ θυμὸν μέγαν· ἔτι δὲ συμβιβάσαι καὶ τὸ "ἦν ὁμοῦ ἐν αὐτῷ χρήματα πάντα," καὶ ὡς πολυμιγέων ἕνωσις ἦν τις καὶ παρ' αὐτῷ καὶ δίχα φρονεόντων συμφρόνησις, οὐ μὴν ὅθεν συγκροτεῖται ἁρμονίας ἀρετή, ἀλλὰ κακία συγχύσεως. πολύτροπον γάρ τι χρῆμα ὁ ἀνήρ, καὶ πολυπόριστον τοῖς ἐφ' ἑκάτερα γράφειν δεινοῖς. ἐναχθείη δ' ἄν τις καὶ σφαίρῳ αὐτὸν παρεικάσαι, οὐ τῷ μεταλαμβανομένῳ πρὸς γένεσιν κατὰ παλαιὰν τερατείαν, ἀλλὰ

nem attinet, non debeo celare quae cum his rebus arcte coniuncta sunt; sicut illa, quae meras laudes habet, eloquentia, ita haec quoque sapientium apium instar non solum e suavibus floribus plantisque salubribus, sed etiam ex aliis gratam mellis dulcedinem fabricatur. etenim ex quisquiliis quoque nullius usus apes mel sugitant, colligendo, quae idonea sunt, sicut eas homines attenti favos fabricari norunt; et vero inde colligunt etiam, quo confirmentur et contineantur cellulae. talia igitur avibus Mercurii utilia David ille habebat et Andronicus maxime, homo multiplex et varius, neque id chamaeleonis aut polypi instar, sed ad Protei potius et vero Empusae, quae horribilis visu erat, similitudinem. idem fretis similis erat mobilitate, atque figura carentis primae materiae instar omnes induebat formas, quarum aliae laudabiles essent, aliae non essent. possis etiam illud ad eum transferre, esse in eo, quod doleas, esse, quod mirere, vel illud, "erant in eo omnia," atque erat in eo rerum diversarum unico et discrepantium consensio, minime tamen illa, unde grata oritur harmonia, sed unde prava confusio. namque varium et mutabile iste homo erat, et uberrima scriptoribus sive laudis, sive vituperii materies. ausit quis etiam globo illum comparare, non propter illam,

πρὸς ποικιλίαν ἠθῶν. εἰ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ δύο πίθους ἑστάναι τις φαίη, τὸν μὲν ἀγαθῶν πλήρη, κακῶν δὲ τὸν ἕτερον, ὧν ἀρυόμενος καὶ καταμιγνύων ἐκεῖνος ἐπεμέτρει τοῖς ὑπ' αὐτόν, τὰ πλείω δέ γε μόνον τοῦ τῶν κακῶν, αἰνίξαιτο ἂν προσφυέστατα· ἦν γὰρ σύμμικτος καὶ πρὸς ἀκριφνῆ χάριν οὐκ ἄκρατος, οὐδὲ μὴν εὔκρατος.

Ἀλλ' οὕτω μὲν ταῦτα παρεκβεβάσθω, καιρίως, οἶμαι, καὶ οὐδὲ πάνυ τι ἀμεθόδως· ἐγὼ δὲ βραχύ τι ἄνειμι πρὸς τὸν ἦν μὲν ὅτε (οὐ μακρὰν) τινὸς φιλίας Δαυΐδ, νῦν δὲ μίσους παγκοσμίου ἄξιον. ταχὺ μὲν ἔστρεψας νῶτα, ὦ γενναιότατε, φεύγειν· θᾶττον δὲ ἀντιμέτωπος οὐκ εἰς ἀντιπαράταξιν ἀλλ' εἰς δούλωσιν ἔδραμες, εἰς τοσοῦτον τῇ φυγῇ προσμείνας εἰς ὅσον ἄνανδρον τὴν στροφὴν ἐπιδείξασθαι, ἵνα μηδέν τι γενναιότητος ἴχνος ἐν σοὶ εὑρίσκηται, μήτ' ἐν τῇ πολιορκίᾳ, ἣν καὶ εὐχόμενός που ἦσθα συγκεφαλαιωθῆναι τάχιον, ὡς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ὑποκρουσόμεθα, μήτε μετὰ τὴν ἅλωσιν, ἐν ᾗ ἐψεύσω καὶ τὸν ἀνδριζόμενον καὶ τὸν φεύγοντα, οἷς φεύγειν τραπεὶς ἐπιδέδωκας σεαυτὸν τοῖς μηδὲ διώκουσιν. αὐτοῖς γὰρ ἄλλα ἐν φρεσὶ μεμέλητο, τὰ πρὸ ἔργου καὶ ἀναγκαῖα σφίσι· σοῦ δὲ οὐκ ἄν, οἶμαι, οὐδὲ μνήμην ἔσχον, εἰ μὴ ἐνεφάνισας σεαυτόν. οἴδασι γὰρ οἱ εὐγενῶς ἀνδρεῖοι ἐξαθερίζειν τὸν μὴ τοιοῦτον στρατηγόν, ὁποῖον δή τινα κατέγνων καὶ σὲ οἷς τῶν τῆς σῆς ἀβελτηρίας πεπείραντο.

quae est in vetusta fabula, originem, sed propter morum volubilitatem. aut si quis duo in eo fuisse dolia dicat, alterum bonis, alterum malis refertum, unde hauriens et commiscens porrexerit hominibus sibi subiectis, plura tamen mala, quam bona, aptissime significaverit naturam eius. erat enim mixtus, et probae laudis nec nihil habebat, nec vero multum habebat.

Sed sufficiant haec, quae ita interposuimus, opportune, credo, et minime inepte. redeo aliquantisper ad illum olim amicitia quadam, sed nunc odio communi omnium dignum David. celeriter tergum vertisti, bellissime, ut fugeres; celerius adversa fronte non ad pugnam, sed ad servitium festinasti, in fuga moratus, quantum satis esset ad declarandam turpitudinem tuam, quo nullum in te cerneretur virtutis vestigium, nec in obsidione, quam quondam cito confectum iri iactaveras, quemadmodum mox ostendemus, nec post captam urbem, quum fefellisti fortes ignavosque, qui in fugam conversus tergum dares ne persequentibus quidem. etenim alia illis cordi erant, quae tempus et necessitas postulabat; tui autem ne recordati quidem fuissent, nisi in conspectum eorum venisses. norunt enim generosi viri talem contemnere ducem, qualem te esse cognoverant ex iis, quae a nequitia tua experti erant.

Ὠνείδισέ ποτε ὁ Ἀνδρόνικος τὸν ἐν ἁγίοις γέροντα, ὅτι βασιλεωπάτορα τόπον ἐπέχων οἷς ἐπιτροπεύει τοῦ βασιλεύοντος, οὐ συχνὰ παραβάλλει ἐπισκέπτεσθαι τὸν εἰς υἱὸν τεθειμένον, τοιοῦτον ὄντα. ὁ δ᾽ ὑπειπὼν ἀρκεῖν εἰ διαλείπων βραχέα ἥκει πρὸς ἐπίσκεψιν τοῦ παιδὸς ἄνθρωπος τοσούτοις μεριζόμενος πράγμασι, καὶ οὕτως ἠπίως τῷ τοῦ Ἀνδρονίκου προσενεχθεὶς ὀνειδισμῷ, εἶτα καὶ καυτῆρα δριμὺν ἐπήγαγε, προσεπειπὼν ὡς ἄλλως τε καὶ ἐξεφρόντισα ἤδη τὸν βασιλέα ἐνδεδημηκότα σε ἐξευρών. εἶπεν ὁ γέρων, καὶ Ἀνδρόνικος (ἦν γὰρ ὀξύς, ὥσπερ στρεβλὰ εἰπεῖν, οὕτω καὶ ὑπονοῆσαι τὰ μὴ βαθέως ἑλικτά) πυνθάνεται τοῦ σοφοῦ γέροντος πῶς ποτὲ ἂν εἴποι δι᾽ αὐτὸν ἐκπεφροντικέναι τὸν βασιλέα. καὶ ὁ μέ-

testari per deos et animam et amicissimum quidque, atque permittere, ut de omnibus illi potestas esset, quam vellet: nunquam enim, inquiunt, fiat, ut per hos vel illos cuncta pereant. abiicit ad haec Andronicus mollitiem illam, et gradum hunc primum ad summum imperium opera plebis ingressus, ita sibi adhaerentis et opes suas exiguas ingentem in modum augentis, latius struit consilii fallacias. itaque iam operam dat archiepiscopo, quod speraret illum haud plane sibi inutilem fore, et maxime, quod eum sentiret suspicari, quae adversus imperatorem moliretur mala. sentiebat id autem modis variis, e quibus unus hic vulgo notus est.

Exprobravit quondam seni venerabili Andronicus, quod quum patris locum teneret utpote tutor imperatoris, haud crebro viseret pro filio sibi commendatum tam parvum puerum. cui quum respondisset ille, satis esse, si intervallis non nimiis videret puerum vir tantis negotiis distractus, et ita comiter reiecisset exprobrationem Andronici, mox tamen aculeum addidit acutum, subiiciens, praesertim quum de imperatore nihil mihi dubium sit, ex quo te reducem urbs habet. his auditis, Andronicus (acer enim erat ut ad loquendum oblique, ita ad intelligenda non nimis occulte dicta) interrogat sapientem senem,

γας θατέρῳ σκέλει τοῦ σημαινομένου τῆς ἐκφροντίσεως ἐνερεισάμενος, φάναι εἶπε τὸν λόγον, καθότι σοῦ εἰς ἀστραβῆ κίονα ὑποστήσαντος ἑαυτόν, βαστάζειν τὰ ὑπὲρ τοῦ παιδός, αὐτὸς ἀπεφορτισάμην τὸ πολὺ τοῦ φροντίζειν, ἀναθέμενος ὡς ἰσχυρῷ σοι αὐτῷ τὰ βαρήματα. ἡσυχάζει ἐνταῦθα ὁ Ἀνδρόνικος, καὶ τὸν θυμὸν ὑπενδακὼν καὶ τοῦτο μόνον ἀκροβολισάμενος δίχα ῥοίζου λιγέος κατὰ τοῦ γέροντος, ὡς ἄρα βαθὺς Ἀρμένιος. καὶ παραμίξας τῇ βαρύτητι καὶ σαρκασμὸν τὸν ἄχρι καὶ μειδιάματος, ἀρχὴν ἐκεῖθεν ἔθετο τρανέστερον μελετᾶν. καὶ εἰς τοσοῦτον ἐξίκετο δραστηριότητος
277 ὡς μετὰ μικρὸν ἐπαναστῆσαι καὶ ἐπιστῆσαι τοὺς χύδην πικροὺς ἕως καὶ εἰς ἐσχάτην θρασύτητα, ὡς καὶ διαχρησθῆναι κίνδυνον γενέσθαι τὸν ἀρχιερέα μετὰ πολλὰς ὕβρεις, ὁποίας καὶ Ἰουδαῖοι ἐτοξάσαντο ἂν κατὰ θεοῦ. καὶ εἰ μὴ τεχνησάμενος ὁ γέρων ἑαυτῷ τὰ σωτήρια ἐκ μέσων κρυβεὶς ἀπεσύρη, ἀποδυσάμενος, ὡς ἐχρῆν, τὸ ἄρχειν, ἔπαθεν ἂν ὅπερ οὐκ ἦν αὐτῷ ἐθέλοντι.

Καὶ αὐτὸς μὲν οὕτω ξυνέστειλεν αὐτόν, ἀφεὶς καθ᾽ ἑτέρων μεμηνέναι τὸν Ἀνδρόνικον. ὁ δ᾽ ἐπεὶ οὐκέτι προβλῆτι σκοπέλῳ τινὶ ἀνεκρούετο, ἐξεκύμαινεν ὀλέθρια κατὰ πάντων, οὐχ ὥστε καὶ εἰπεῖν "ὅς τε αἴτιος ὅς τε καὶ οὐχί," ἀλλὰ κατὰ τῶν μηδὲν ὅλως αἰτίων, τὸ ἀδικώτατον· καὶ τήν τε τοῦ βασιλέως περιγράψας μητέρα ἐν τῷ σεμνείῳ τοῦ ἐν ἁγίοις

quo tandem sensu dicat, nihil sibi propter ipsum dubium esse de imperatore. atque ille, alteram significationem locutionis "dubium esse" praetendens, dixisse se illud ait, quod, postquam iste se tanquam firmam columnam obtulisset ad curam sustinendam pueri, ipse magnam eius curae partem deposuisset, idque illius humero onus imposuisset. quiescit ad haec Andronicus, et premit pectore stomachum, perstringere conatus non magno strepitu senem, utpote subdolo ingenio Armenius. atque admixto superbiae ludibrio prope cum risu, apertius iam incepta moliri coeperat. itaque eo processit audaciae, ut brevi excitaret et provocaret cavillatorum vulgus ad extremam petulantiam, et archiepiscopo ne vis fieret periculum esset, post multas contumelias, quales Iudaei in deum fuderunt. ac nisi senex prudenter salutem quaesisset, clam se illis subtrahendo, et deposito, ut debebat, imperio, forsitan haud grata sibi passurus erat.

Itaque ille ita se continuit, Andronicum passus adversus alios furere. qui quum non iam retunderetur scopulo eminente, perniciem adversus omnes spirabat, non ita ut quaereret, quis sons esset, quis non esset, sed adversus prorsus insontes, summa iniuria; atque matrem imperatoris in templum sapientis, qui in sanctis est, medici Dio-

σοφοῦ ἰατῆρος Διομήδους, ἐπισχὼν οὐ πολὺν χρόνον ἀπῆγέ τε καὶ ἐβύθισεν, ὑπουργοῖς χρησάμενος ὧν ἐνίους ὁ καταβραβεύων αὐτοῦ θυμὸς οὐ πολλῷ ὕστερον εὖ ποιῶν ἐτίσατο, παιδεύοντος ἡμᾶς καὶ οὕτω τοῦ θεοῦ ὡς καὶ ὁ ἐπιτάσσων τὰ φαυλότατα καὶ ὁ ὑποτασσόμενος τοῦ προσώπου πειρῶνται τοῦ θεοῦ ὁποίου οἶδε Δαυΐδ.

Τοῦτό τε οὖν οὕτως ἐξήμαρτε, καὶ σύγκλητον δὲ θέμενος ἀνδρῶν λογάδων ἁπάντων τῶν τοῦ μεγίστου γένους, κατά τινα ἡμέραν ἣν καὶ ἐγγράψηταί τις ἂν εἰς ἀποφράδα δεινήν, συλλαμβάνει ἐκείνους ὡσεὶ καὶ ἰχθύας τινὰς ἐν ἀφύκτῳ πανάγρῳ, δίχα γε τῶν καλῶν Ἀγγέλων, οἳ καὶ οἷα πτερυξάμενοι ἐς φυγὴν ἐσκορπίσθησαν. καὶ διατίθεται πάντας ὡς οὐκ ἂν εὐλογήσοι τις, λαβὰς ἐπικαλῶν ἑκάστοις τὸ κατὰ βασιλέως ἐνδομυχεῖν, ἐκείνου (εὐστόχως εἰπεῖν) ἀλιτήριος. καὶ ὀλίγους μέν τινας ἐδικαίωσεν εἰς εἱρκτήν, ἦσαν δὲ οἳ καὶ ἐξ ὀμμάτων ἐγένοντο, πλείους γε οὗτοι. τινὰς δὲ καὶ ἐς ἀειφυγίαν ὑπερορίους ἔστειλε. μετὰ βραχὺ δὲ καὶ τοὺς καθειρχθέντας ὑποδιελὼν ἐμέρισεν εἴς τε τυφλοὺς ἐκ σιδήρου καὶ μὴ τοιούτους, ὡς ἄν, οἶμαι, βλέποντες αὐτοὶ τοὺς πεπηρωμένους ἀεὶ ζῶσιν ἔμφοβοι καὶ συνεπαύξωσιν οὕτω τὸ κακὸν τῆς καθείρξεως.

Οὐ πολὺν δὲ χρόνον μείνας ἐπιβαλεῖν ἐφίεται καὶ τῷ ὑπερανεστηκότι βαθμῷ, καταγνοὺς τῆς πρώτης ἐκείνης βαθμίδος ὡς ταπεινῆς. γογγυσμὸς τοίνυν αὖθις αὐτῷ τεχνᾶται,

14. ὁ ἐκείνου?

medis inclusam brevi post abduxit et submersit, satellitibus usus, quorum nonnullos exitiosum eius ingenium non multo post bene fecit quod puniret: quippe ducebat ita nos deus, ut et qui iuberet scelera et qui obediret numen experirentur divinum, quale David novit.

Quo patrato facinore, quum in senatum legisset summi generis viros omnes primarios, quodam die, quem in maxime nefastis quis numeret, comprehendit illos tanquam pisces uno reti omnes, praeter eximios Angelos, qui quasi alati fuga huc illuc discesserant. habet omnes eo modo, quem nemo laudaverit, crimini dans singulis, quod imperatori insidiarentur, quem violabat, ut leniter dicam, ipse. paucos aliquot ad vincula damnavit; sed fuerunt etiam, qui oculis privarentur, et hi quidem plures; nonnullos exilio perpetuo e patria exterminavit. mox etiam vinctos divisit ita, ut alios caecaret, alios non caecaret, quo, opinor, hi perpetuo, dum mutilatos illos vident, in metu viverent augerentque sibi vinculorum miseriam.

Haud diu erat, quum ad gradum escendere superiorem aggreditur, priorem illum humilem esse ratus. itaque fremitum rursus simulat et molestias praetendit et onus consiliorum non iam ferendum,

καὶ βαρύτης προβάλλεται καὶ φόρτος φροντίδων οὐ φορητός, καὶ ὡς οὐκ ἂν εἴη αὐτῷ στερκτέα εἰ οὕτω πάσχειν κινδυνεύει τρόποις πολλοῖς. ἔπασχε δὲ ἄρα οὐδέν, ἀλλ' ἐνδόμυχος ἦν πολλοὺς αὐτὸς ὑποβαλεῖν καὶ εἰςαῦθις ἀτλήτοις παθήμασιν. ὡς δὲ ἐπέμενε μακρὰ γογγύζων καὶ κατὰ σχῆμα δυσανασχετῶν, καὶ τῇ μὲν ψυχῇ νεμόμενος βασιλικῶς τὴν μεγαλόπολιν, τῇ δὲ γλώσσῃ τὴν Παφλαγονίαν προφέρων καὶ ἅπερ αὐτὸς ἐρρητόρευεν ἐκεῖσε καλά, ὧν δῆθεν Κωνσταντινούπολις ἐστέρετο, καὶ θησαυροὺς ἐκόμπαζεν ἐκεῖ πεφυλαγμένους αὐτῷ, Φανίου δή τινα θύραν, καὶ αὐτὸς ταύτην ἀναπλαττόμενος τοῖς ἀγνοοῦσιν οἷα τύχη αὐτὸν τὰ πρὸ τούτων ἤλαυνε, καὶ ἦσαν τὰ τοιαῦτα προβλήματα φωνασκούμενα τῷ ἀνδρὶ ἐν συχνοῖς ὄχλοις καὶ συνεχῶς, καί ποτε καὶ παρά τισι τῶν θερμοτέρων ἐν τῷ κοινῷ, καὶ οὓς οὐδέν τι ἐκφοβεῖ διὰ τὸ μὴ ἔχειν πρᾶγμα καθ' ὃ δεδίξονται, καὶ ἤρεσε τοῖς τοιούτοις ἀναβοῆσαι ὥς, εἰ μὴ καλά σοι τὰ ἐνταῦθα, οὐδ' ἔστι προσμένειν ἐπ' ἀγαθῷ τῆς μεγαλοπόλεως, τίς ἂν εἴη ὁ προσίστασθαι φρονῶν σωτηρίᾳ τοιούτου ἀνδρός; καὶ ὅτι ἡ ὁδηγήτρια ἡ πολιοῦχος ἡμῶν ἀρκέσει αὐτὴ ἀντὶ πάντων καταπράξεσθαι τὰ ἡμῖν σύμφορα, — ὡς τοίνυν, ἐφ' οἷς παίζων ἐλάλει, οὕτως ἐμπεφορβίωτο, σιγᾷ εὐθύς, τὴν ὑποκριτικὴν σκηνὴν καθελὼν καὶ μηδέν τι πλέον εἰπεῖν προσθέμενος. καὶ γοῦν τὴν μηχανὴν ταύτην εἰς κενὸν ἰδὼν σχάσασαν, καί που καὶ αὐ-

1. φόρτος φορτίδων T

nec sibi gratum esse, si ita sibi patiendum sit multis modis. verum nihil ille patiebatur, sed meditabatur denuo multos intolerabili afficere miseria. itaque quum ita perpetuo fremeret et parum se rebus contentum esse simularet, et animo sibi placeret in regia urbis administratione, verbis autem Paphlagoniam praeferret et quae illic sibi bona esse praedicabat, quibus scilicet careret Cpolis, iactaretque thesauros ibi sibi asservatos, Phaniae videlicet quandam ianuam, a se ipso confictam, si qui nescirent, quae illum fortuna ante egisset: talia igitur quum in ore semper haberet in coetu quocunque, accidit id quondam coram quibusdam fervidioris in civitate ingenii, qui nulla re terrerentur, propterea quod non habebant, cur sibi timerent, ac placuit his vociferari, si displicerent, quae fierent, non esse, cur maneret bono civitatis: quis enim, aiunt, obstare velit talis hominis saluti! erit dux nostra praeses urbis, instar omnium ad perficienda, quae nobis salubria sunt. quum igitur ab iis, quibus illudere conatus erat, ita refutatus esset, conticuit statim, scena praestigiarum prostrata, nec verbum insuper addidit. eam igitur fraudem quum irritam videret, et ipse proverbio dixisset, ille funiculus nihil piscium attraxit, et

τὸς παροιμιωδῶς εἰπὼν ὡς αὕτη μὲν ἡ μήρινθος ἡμῖν οὐδὲν ἔσπασε, καὶ τὸν ἀκκισμὸν τοῦ ἐθέλειν ἀπελθεῖν γνωματεύσας οὐκ ἀγαθὸν εἶναι, οἷα τοῦ σχηματισμοῦ καὶ τοῦ χρώματος ἀναποιοῦντος ἅπερ κατὰ τῆς βασιλείας ἐβουλεύσατο, καὶ ἀποτελοῦντος αὐτὸν ἀντὶ ἄρχοντος ὕπαρχον, ἑτέρας γίνεται σοφωτέρας περιεργίας. ἡ δὲ ἦν μηκέτι ἀμέσως τοὺς ὀχλικοὺς καὶ ξύγκλυδας εἰς ὁμιλίαν ἀξιοῦν ἥκειν αὐτῷ, ἀλλὰ τοὺς ἐν αὐτοῖς προύχοντας καὶ οἵους ἔχειν περιάγειν τοὺς πλείονας καὶ κεφαλαρχεῖν ὡς ἐν οὐραῖς. ἀλιτήριοι ἄνθρωποι ἐκεῖνοι, φιλοστασιασταί, ὀχλοκόποι, βασιλεῖς οἷον ἕκαστος περὶ τοὺς ὁμοήθεις. φιλοῦμεν γὰρ οἱ ἐλαφρότεροι εὐκόλως ἕπεσθαι κελεύουσι τοῖς πρὸς ἃ πεφύκαμεν ὁδηγοῦσι· πεφύκαμεν δὲ οἱ πολλοὶ πρὸς τὸ φιλόκαινον, ἐπιθυμηταὶ ὄντες καινῶν ξυμβαμάτων, καὶ τὸν χρόνον ἀπαιτοῦντες ἐγκαινίζειν ἡμῖν ἄλλο τε ἄλλα ξενίζοντα.

Οἱ τοίνυν τῶν τοῦ δήμου τὰ πρῶτα φέροντες καὶ ἀνεγείρειν τοὺς λοιποὺς ἔχοντες, προβληματισθέντες οἷον ὑπὸ τοῦ Ἀνδρονίκου τὸ βουλητέον ἐκείνῳ, εἶτα τόπους αὐτοὶ ἐξεύρισκον κατὰ τοὺς δεινοὺς τοιαῦτα σοφίζεσθαι, δι' ὧν ἐπιχειρήσαντες συμπερανοῦσι τὸ ἔκτοπον καὶ (ὀκνητέον δὲ εἰπεῖν) καὶ ἄτοπον· καὶ μυστηριασθέντες τὸ μὴ ὅσιον ἐτελοῦντο πρὸς ἐκεῖνο, καὶ ἐδᾳδούχουν εἰς ἐμφανὲς τὰ σκότους ἄξια, καὶ ἀναπείσαντες τοὺς ὄχλους μὴ ἂν ἐκφυγεῖν τὴν πόλιν τὸ

affectatam redeundi cupiditatem haud utilem esse intellexisset, quoniam artes illae fucusque ipsi afferebant, quod adversus imperium moliebatur, faciebantque eum pro imperatore ministrum, aliud prudentius artificium meditatur. erat id, ut iam non ipsos continuo de plebe et sentina homines in consuetudinem suam admitteret, sed primores eorum et qui reliquos tanquam agminis extremi milites regere et ducere possent. nequam illi homines erant, seditiosi, aurae popularis captatores, quasi reges quisque inter eiusdem farinae reliquos. solemus enim leviores facile sequi hortantes eos, qui praeeunt ad ea, ad quae inclinamus natura; inclinamus autem plerique ad rerum novarum studium, cupientes, ut quid novi fiat, expetentesque, ut alia alio tempore dies ferat.

Plebis primores igitur et ii, qui reliquos excitare possent, agere aggressi, quod Andronico placeret, vias deinde facile ipsi inveniebant, quibus plebem ad ea pellicerent, quibus perficerent rem inauditam eheu! et incredibilem. edocti igitur quod nefas esset, initiatique istis mysteriis, facibus illustrabant, quod tenebris obruendum erat, ac dictitantes coram plebeiis, non posse urbem evitare interi-

ἀπολεῖσθαι, εἰ μὴ τῷ μικρῷ καὶ ἀγυμνάστῳ Ἀλεξίῳ τὰ εἰς
278 *βασιλείαν τὸν Ἀνδρόνικον συνδυάσουσιν, εὖ μάλα δεδασμένον καὶ τὰ εἰς τοιαύτας τέχνας, οἷόν τε ὄντα συνδιαφέρειν ἐκείνῳ τὸν βασίλειον ζυγόν, οὐχ ὥστε μὴν καὶ καταρριπτεῖν, ἀλλὰ καὶ μάλιστα ὑπανέχειν καὶ τὴν ἐκείνου μεγαλύνειν σμικρότητα κοινωνίᾳ μὲν ἀξίας μιᾶς, ὑπεροχῇ δὲ κόπων καὶ πόνων, οἷς ὁ Ἀνδρόνικος εἴθιστο ἄδδην, πολυπλάνοις πλάναις κατὰ τὸν εἰπόντα γεγυμνασμένος, ἤγειραν οὐκ ὀλίγους ἀναπεισθῆναι ὀρθῶς ἀκούειν καὶ διαθερμανθῆναι εἰς ἐξάνυσιν τοῦ συνάρχειν βασιλικῶς τόν τε Ἀλέξιον τόν τε Ἀνδρόνικον. καὶ τὴν ἀρχὴν μὲν ὑπεψιθυρίζετο ἠρέμα τὸ σόφισμα, μετὰ δὲ ἐλαλεῖτο, μικρὸν δὲ ὅσον καὶ ἐξεβοᾶτο τρανέστερον. καὶ ἔδει λοιπὸν ἐμφανῶς προκληθῆναι εἰς τὴν ἀρχὴν τὸν Ἀνδρόνικον, καὶ εἰ μὴ πείθοιτο, ἀλλὰ τότε δυσωπηθῆναι· εἰ δὲ μηδὲ οὕτω κατακλίνοιτο ἀτενῶς ἔχων, πειραθῆναι καὶ βίας, καὶ κάλλιόν φασιν ὂν παθεῖν ἐκεῖνον ὃ μὴ βούλεται, τὸ βασιλεῦσαι δηλαδή, ἤπερ ἐξολέσθαι τὰ κοσμικά. καὶ ἑταιρίζονται μὲν εἰς τοῦτο πολλοὶ τῶν τοῦ λαοῦ, συνεπιρρέει δὲ τῷ κλύδωνι τούτῳ καὶ ἀπόρροιά τις τῶν τῆς συγκλήτου, οὐ πολλὴ μέν, ἐπίρρητος δὲ καὶ τοῦτό γε ἡμῖν ἀπόρρητος. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀφωσιοῦτο αὕτη τὴν κατὰ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου νεωτέρισιν κατὰ χάριν Ἀνδρονίκου, ἀλλ' ὡσεὶ καὶ μεμηνυῖα βυσσόθεν ἐκυκᾶτο καὶ τὸν Ἀνδρόνικον συνεξέμαινε.*

tum, nisi parvo et imperito Alexio imperii socium adderent Andronicum, virum earum artium scientissimum, et idoneum ferendo cum illo iugo imperii, non ita, ut deiiceret id onus, sed sustineret praeclare, et auctoritatem adderet illius exiguitati tum eiusdem communione dignitatis, tum defensione aerumnarum et laborum, quibus ad satietatem assuetus esset, vagis iactatus, ut ille ait, erroribus: talia igitur dictitando excitarunt haud paucos, ut non gravate illud audirent arderentque cupiditate partiendi inter Andronicum et Alexium imperii. atque initio quidem susurrabant leniter fraudem, deinde sermonibus agitabant, mox aperte clamitabant. debebat iam palam ad imperium vocari Andronicus, et, si non obsequeretur, tum vero precibus urgeri; si ne sic quidem moveretur, sed resisteret pertinacius, vi compelli: quippe praestare aiunt, pati illum, quod nollet, imperium scilicet, quam perire mundum. sociantur ad haec multi de plebe, sed abripitur eo flumine etiam senatorum pars, non magna quidem illa, sed, taedet dicere, infamis. neque enim detestati sunt suscepta adversus imperatorem Alexium in Andronici gratiam consilia, sed etiam quasi furore intus acti aestuabant et in furorem adigebant Andronicum.

Καὶ ἔσονται ἀοίδιμοι ἐν τούτοις οἱ τῆς ἡμέρας ἐκεῖνοι πιστοί, Κωνσταντῖνος ὁ Πατρηνός, τὸ τῆς κολακείας ἠκριβωμένον ἀφίδρυμα, καὶ ὁ ἁπλούχειρ Μιχαήλ, ἀνὴρ γλοιὸς μὲν πολιτεύσασθαι στρυφνὸς δὲ πονηρεύσασθαι. ἦν δὲ καί τις ἀνὴρ λάμπων ἐν τοῖς τοιούτοις ὡσεί που καὶ φρυκτὸς ὀλέθριος, μέσος ἦν ὅτε τὴν τύχην, πατρὸς ἐκφὺς δεξιοῦ λογίζεσθαι τὰ δημόσια καὶ ἐμβαθύνειν κλέμμασιν· Στέφανος μὲν τὸ κύριον, τὸ δὲ ἐπ' αὐτῷ Ἁγιοχριστοφορίτης· ὃς μεταθέμενος ἐξ ὧν ὁ κατὰ θεὸν διάκειται, Ἀντιχριστοφορίτης παρωνυμεῖτο τοῖς ὀρθὰ νοοῦσι. τοῦτον ὁ μὲν φθάσας χρόνος παρεσημήνατο εἰς ἀνδριάντα φαυλότητος. κηδεύσας γὰρ οὐ καθ' ἑαυτόν, ἀλλὰ πανουργευσάμενος ὑπὲρ ἀξίαν γάμον εὐγενῆ, δέδωκε τιμωρίαν οὐκ ἀγεννῆ· τὰς ῥῖνάς τε γὰρ ἀπεσχίσθη ἅτε μὴ καλῶς φριμαξάμενος καθ' ἧς οὐκ ἔπρεπε, καὶ τῶν αὐτοῦ νώτων σωφρονιστῆρες ἱμάντες κατεχόρευσαν. καὶ ὅμως ἰταμὸς ὢν καὶ τὴν αἰσχύνην ἀπὸ προσώπου θέμενος οὐκ ἀπήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ προφαίνεσθαι, μὴ καὶ γελῷτο, ἀλλ' οἷα μηδέν τι κακὸν δεδρακὼς περιήρχετο ἔνθα καὶ πρῴην, φιλενδεικτῶν τὸ θράσος καὶ ἐπιδεικνύμενος τὸ μὴ αἰδεῖσθαι, καὶ οὕτω βιαζόμενος τὸ μηδέν τι φαῦλον ἢ ποιῆσαι ἢ παθεῖν. ὡς δὲ περιεωρᾶτο πρὸς πάντων, καὶ τοῦ γάμου τε τοῦ ὑψηλοῦ ἦν ἔκπτωτος καὶ οὐδέ τινα εἶχεν ἄλλην ἀνάβασιν, ἀλλ' ἐν κενοῖς τὰς βασιλείους θύρας ἐξέτριβε, λαγχάνει ποτὲ

Atque laudibus in his ferentur fideles isti, Constantinus Patrensis, adulationis effigies absolutissima, et simplicis manus ille Michael, vir blandus in negotiis, asper in nequitiis. erat etiam vir inter illos illustris tanquam taeda lucida, mediocri quondam fortuna, patre natus dextro ad pecuniam publicam inferendam rationibus, auferendam ex aerariis, Stephanus nomine, cognomine Hagiochristophorita, qui, quoniam abiecerat, secundum quae vivunt, qui pie vivunt, Antichristophorita cognominabatur ab iis, qui recte sentiunt. hunc priora tempora ut statuam nequitiae notaverant. etenim uxore quaesita non pro conditione sua, sed supra ipsius dignitatem nobili, poenas haud ignobiles dedit. namque naribus privatus est, quod adhinnisset haud honeste, cui non debuerat, et in tergum eius flagella insiluerunt castigantia. verum qua erat procacia, omni pudore deposita, haud abstinebat, ne risui esset, quominus in publicum prodiret, sed tanquam nihil commisisset, circumibat ubi ante solitus fuerat, ostentans audaciam et impudentiam, atque ita speciem affectans, ac si nihil turpe aut fecisset aut passus esset. itaque quum ab omnibus contemneretur et matrimonio illo sublimi excidisset nec alium videret ascensum, sed imperatorias frustra fati-

προηκάμενος ἔπος ἄλλως μὲν σφαλερόν, ἑαυτῷ δὲ ἀναστάσιμον. ὡς γὰρ ὁ Μαυροζώμης Θεόδωρος ὁ ἐκ Πελοποννήσου, ἄνθρωπος πολυμεμφὴς ἐφ' οἷς ὑπὲρ τὸ δέον ἔδρα, μετὰ θάνατον τοῦ Ἁγιοθεοδωρίτου Μιχαὴλ τοῦ ἐν ὑπογραφεῦσι βασιλικοῖς μεγάλου, ἔγγιστα τῷ βασιλεῖ γεγονὼς ὑπερεφαίνετο, οἱ μὲν ἄλλοι ἐχεφρονοῦντες ἔπεττον εἴ τί που χόλου καὶ εἶχον ἐφ' οἷς μὴ ἀνέβαινον, ὁ δὲ πρὸ τῆς βασιλείου σκηνῆς καθήμενος ἐξεβόησεν εἰς πολλῶν ἀκοὰς λόγῳ σχετλιασμοῦ ἄδικα πάσχειν, εἴπερ ὁ δεῖνα μὲν καὶ ὁ δεῖνα, οὐκ εἰς τοσοῦτον κακοὶ πεφηνότες, εἶτα ὑψοῦνται, αὐτὸς δὲ φαυλεπίφαυλος ὤν, καὶ ὡς ἄν τις κωμικευόμενος εἴποι, μιαρὸς καὶ παμμίαρος καὶ μιαρώτατος, καὶ ἄνθος κακίας καὶ πονηρίας ἄβυσσος, καὶ οἷος διορᾶσθαι ὅσα καὶ δαίμων, ἀφίεται ζῆν εἰκῇ, καὶ οὐκ εἰς μέσον παράγεται, τὰ οἰκεῖα ἐπιδειξόμενος καὶ ἀρέσων εἰς πλουτοποιίαν. ἐπῆγε δὲ ἑαυτῷ καὶ ὅρκον μέγιστον, μὴ ἂν εὑρήσεσθαι τὸν ἐπὶ κακίᾳ ἴσον. ἔφη ταῦτα στηλογραφῶν ἑαυτὸν καὶ περιαυτολογῶν ὡς αὐτῷ ἔπρεπε, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἐστέναξεν ὡς βαρυπενθῶν, καὶ ἐξεπυρώθη χόλῳ τὸ πρόσωπον. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐταράχθησαν πρὸς τὸν λόγον καὶ ἐκαραδόκουν κακά, λογιζόμενοι ὡς οὐ μόνον αὐτὸς δεινὰ πείσεται αὐτίκα, τῆς βοῆς ἐντὸς ἀκουσθείσης καὶ εἰς ὕβριν τῷ βασιλεῖ λογισθείσης, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πρὸς μέμψεως ἔσονται, ὅτι μὴ θυμὸν κατὰ τοιούτου ἀνδρὸς ἀνέλαβον. καὶ αὐτοὶ

garet fores, accidit quondam ut vocem per se levem, sed sibi utilem emitteret. nam quum Theodorus Maurozomas, ex Peloponneso oriundus, homo multum obiurgatus propter ea, quae praeter ius fasque fecerat, post Michaelis Hagiotheodoritae, qui erat primus ab epistolis imperatori, mortem eximie ab imperatore provectus esset, ceteri prudentes viri, nonnihil etiam invidia forsitan moti, stomachabantur, quod non et ipsi proveherentur, ille autem, pro foribus tentorii imperatorii assidens, clare, ut a multis audiretur, quasi indignabundus exclamavit, iniuste secum agi, quod, quum hic atque ille, se minus scelerati, iuvarentur, ipse, omnium sceleratissimus et, ut comicus dicturus esset, foedus et stercore foedior et foedissimus, ac flos nequitiae et vorago pravitatis, et qui perspiceret, quae vix perspiceret daemon, neglectus esset nec in medium produceretur ad ostendendas virtutes suas et explendam habendi cupiditatem. sacramento deinde diro se obstrinxit, si quisquam sibi par ad pravitatem reperiretur. quae quum dixit, suam sibi quasi statuam inscripsit et se notavit, ut decebat, singulis verbis ingemiscens, quasi miserrimus homo esset, et ira rubente facie. ad eam orationem ceteri animis turbabantur exspectabantque mala, veriti,

μὲν οὕτως· τοῦ δὲ καθ' ἡμᾶς βίου τὸ χρεὼν οἷς ἡμάρτομεν τότε μὲν ἀθῶον ἀφῆκε μεῖναι τὸν ἄνδρα, μέγα καὶ τοῦτο δοκοῦν εἶναι· οὐ μακρὸς δὲ διέσχε χρόνος, καὶ ἤρξατο παρυψοῦσθαι ὁ ἄνθρωπος, καὶ κηρύξας ἑαυτὸν πονηρότατον εὕρηκεν ἐπὶ πείρᾳ γέρας ὅμοιον, ὡς εἰ καὶ δεινός τις κλέπτειν εἶναι ἀνακηρύξας προσληφθείη ποθέν. καὶ ἐκεῖθεν ἀρξάμενος τοῦ κατὰ βίου ὕψους γίνεται ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, καὶ εὑρεθεὶς ἐπὶ τοῦ Ἀνδρονίκου τοιοῦτος προσλαμβάνεται. καὶ ἡ καθ' ἡμῶν πτερωθεῖσα συμφορὰ αἴρει αὐτὸν ἐπὶ πλέον ὕψου, καὶ εἰς ψυχὴν ἐντήκει φιλίως τῷ Ἀνδρονίκῳ, ἵνα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζῃ, καὶ μὴ τὰ καλὰ τοῖς κακοῖς συμφύρηται, καὶ ὁ ὅμοιος εἰς τὸν ὅμοιον ἄγηται. καὶ οὕτω φρονηματισθεὶς εἰς πλέον, καὶ οὐκ ἀνασχόμενος εἰ καιρὸν ἄρτι ἐξευρὼν οὐ πτερύξεται, καθά τι δαιμόνιον πρόσωπον, πειρᾶται ὑπερπαίειν αὐτὸς εἰς τὸ κακὸν πάντας τε τοὺς ὡς ἐρρέθη τοῦ δήμου προάγοντας καὶ δὴ καὶ ἑαυτόν. καὶ συλλα- 278
βόμενος ὅσοι τῆς καλῆς συγκλήτου βουλῆς παραπτυσθέντες ἐξεβράσθησαν κατ' αὐτόν, κύμασιν ἐλαυνόμενοι ἃ πνεῦμα πονηρὸν ἤγειρεν (ἦν γὰρ καί τις δαιμονοφόρητος λέσχη σύγκλητος, ὡς προέκκειται, εὐφυῶς ἔχουσα κατ' ἐκεῖνον ἀλλοφρονεῖν), οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰς φαύλας κεφαλὰς τοῦ δήμου, πρὸς δὲ καὶ τὸν τηνικαῦτα πατριαρχοῦντα, τὸν καμα-

7. *βίον?*

ne non solum ipse illico poenas daret, voce eius intus audita et pro contumelia imperatoris habita, sed etiam reprehenderentur et ipsi, quod iram in istum hominem non evomuissent. atque haec quidem illi. enimvero debita pro iis, quae commisimus, huic vitae poena haud attigit tum istum hominem: quod per se iam satis magnum fuit: sed non multum temporis interfuit, quum ille provehi coepisset, et, pessimum se esse fassus, experimenti causa simile munus nancisceretur, ac si quis eximium ad furandum se professus recipiatur alicunde in auxilium. hinc igitur exorsus vitae curriculum magnificentius, exercitui praefectus est: atque talis inventus ab Andronico assumitur; evehitque illum immissa nobis miseria ad maiorem semper altitudinem, eumque insinuat in animum et amicitiam Andronici, ut malum prorsus malus duceret, neve cum malis boni confunderentur, sed par parem comitaretur. atque ita ad maiora ille adspirans nec iam sustinens, nisi occasionem modo nactus evolaret tanquam numen divinum, nequitia omnes, de quibus monitum est, duces plebis et se ipsum superare conatur. assumsit igitur, quotquot e summo ordine senatorio resputi et ad eum eiecti erant, undis iactati, quas malus excitaverat spiritus (erat quippe etiam a daemone quodam agitata

τηρὸν Βασίλειον, ἄνδρα θερμὸν καὶ οἷον καθομιλεῖν τοὺς καιροὺς ὡς τὸ παρ' αὐτῷ βουλόμενον ἔκρινεν, ὃς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου τῆς φίλης καθαρειότητος γενομένου ἀντεισῆκται, ὃν ὁ Ἀνδρόνικος ἤθελε καὶ (ἀνακάμψαι τὴν φράσιν) ὃς τὸν Ἀνδρόνικον ἤθελεν, ἓν μένος οὗτοι πνέοντες καὶ οἷον δι' ἀλλήλων ἥκοντες κατά τινα σύντηξιν ἤθους, καὶ ταυτιζόμενοι ταῖς ὧν ἔπραττον αἱρέσεσιν, — οὕτω δὴ οὖν προσειληφὼς καὶ τοῦτον ὁ τῶν φαύλων ῥινηλάτης λογοθέτες (τοῦτό τε γὰρ ἐτιμήθη καὶ τὸ σεβαστὸς κληθῆναι, οὐ δήπου καὶ ὢν τοιοῦτος πρὸς πρᾶγμα), ἥκουσι παρὰ τὸν Ἀνδρόνικον τὴν τυραννίδα χοροβατήσαντες, δεινὰ ποιεῖν ἐκεῖνον λογοποιοῦντες κοινῇ ὡς ἐν ἐπικλήματος λόγῳ, εἰ τοὺς αὐτῷ πιστευθέντας παρὰ θεοῦ περιόψεται ὀλομένους, καὶ οὐ μόνον πόλιν ταύτην μεγίστην, ἀλλὰ καὶ ὅσων μερῶν αὐτὴ ἔχεται πρός τε ἥλιον ἀνίσχοντα καὶ πρὸς δυσμὰς καὶ ὅσα λοιπά. καὶ ἐσέμνυνον μὲν τὸν μικρὸν βασιλέα κατά γε τὸ φύσει καλόν, πρὸς δέ γε τὸ παρὸν οὐδὲν ἱερὸν αὐτὸν ἔφασκον εἶναι, καὶ ἀπεδοκίμαζον μονούμενον, καὶ προέπιπτον αὐτῷ τῶν ποδῶν οἱ τὴν κολακείαν περιττότεροι πεισθῆναι εἰς βασιλείαν καὶ τῶν αὐτῆς ἡνίων συνεπιδράξασθαι, μὴ καὶ κατὰ μῦθον ὁ νεανίας οὗτος Φαέθων, ἀτέχνως τὸ ἅρμα τῆς ἀρχῆς χειριζόμενος, κακῶς τὸ πᾶν διαθήσεται. ὅτε δὲ καὶ τῶν ποδῶν ἀπαλλαγεῖεν τοῦ Ἀν-

factio senatus, ut diximus, eximie parata ad illius furorem), et vero perdita plebis capita, praeterea qui tum patriarcha erat, nequam Basilium, fervidi ingenii virum et factum ad regenda tempora, sicut ipsi placeret, qui in locum magni Theodosii in beatam coeli puritatem recepti promotus erat, expetitus ab Andronico, et ipse invicem Andronicum expetens, unam illi animam spirantes et quasi conflati ingenii quadam similitudine, et consiliorum communione concordes, — assumsit igitur hunc quoque perditorum hominum indagator logotheta (eo enim honore ornatus erat et sebasti nomine, minime eo dignus nomine), adeuntque cuncti Andronicum, imperium quasi choro ducentes, iniurias scilicet minaturi et exprobraturi, si commissos sibi a deo homines perire pateretur, non solum maximam hanc civitatem, sed etiam quae cum ea coniunctae essent regiones ad orientem et occasum, ac reliqua omnia. ac venerabantur quidem imperatorem puerum pro dignitate generis, sed ad praesens tempus nihil eum sacrosanctum esse dicebant, reiiciebantque eum, si ita solus relinqueretur, et procumbebant ad Andronici pedes adulationis periti rogantesque, ut una cum illo regnum susciperet et habenas capesseret imperii, ne adolescens iste Phaethon, ut in fabula est, currum imperii regere conatus, misere omnia everteret. deinde autem quum a pedibus

δρονίκου ὀρθούμενοι, αἱ χεῖρες αὐτοῖς ὡς εἰς θεὸν ἀνετείνοντο καὶ ἐθεοκλύτουν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. ὁ δὲ κατορθούμενον ἤδη βλέπων τὸ ἐφετόν, ἔνδον μὲν οἷα ἔπασχεν ἄν, καὶ ὡς ἔχαιρεν ἀμύθητα, τίς οὐκ ἂν τεκμήραιτο; τὰ μέντοι ἐκτὸς ἄλλως ἔχρωζεν ἑαυτόν, καὶ ἐδόκει μὴ ἂν φέρειν μηδὲ ζῆν, εἰ τοιαῦτα ἀκούοι καὶ ὡς εἰς ἀπιστίαν γυμνάζοιτο. καὶ τίς ἐγώ, ἔλεγε, καὶ πῶς ἂν δυναίμην; καὶ ὡς φεύξομαι, καὶ ὡς μεταστήσω τοῦ βιοῦν ἐμαυτόν, εἰ μὴ ἀφίεμαι. καὶ ἐρράπιζεν ἑαυτὸν καὶ ταῖς θριξὶν ἐνύβριζε καὶ πολλαχοῦ εἰλεῖτο, δοκῶν μὲν ἐθέλειν διέκδυσιν ὡς εἰς φυγήν, διδοὺς δὲ ἄλλως τόπον χαρᾷ καὶ γέλωτι λεληθότως ἐν τῷ στρέφειν ὧδε καὶ ἐκεῖ τὸ πρόσωπον, ὁποῖος ἐκεῖνος, τὸ περιπόνηρον.

Ὡς δὲ τὴν σκηνὴν ταύτην συμπήξεσθαι τεχνασάμενος ἀσφαλέστερον προσεποιήσατο πλασάμενος καὶ τοῦ ὑπερῴου γενέσθαι, εἴ πως οὕτω φαντάσει τοὺς πολλούς, ὡς ὑπερθέμενος τὴν ἐνεστηκυῖαν ὥραν φευξεῖται μετ᾽ αὐτὴν καὶ ἀπαλλαγήσεται τοῦ ὀχλοκοπεῖσθαι, οἱ κόλακες ἐντεινάμενοι τὴν ἁρμονίαν τοῦ λήρου εἰς ὅσον πλέον οὐκ ἦν, φωνάς τε ἦραν καὶ φυλακὰς ἐπέταττον καὶ συντηρήσεις τῶν ἐκεῖ διεξόδων, καὶ διηποροῦντο τί ἂν καὶ γένοιτο. καὶ ὁ πατριάρχης ἐπιλυόμενος αὐτοῖς τὸ ἄπορον, ὡς ἡμεῖς καὶ τότε μανθάνοντες ἐγελῶμεν καὶ νῦν δὲ ἔτι γελῶμεν, παρῳδοῦντες ἕκαστος ἑαυ-

Andronici assurrexissent, manus tanquam ad deum protendebant, opemque implorabant pari consilio. ille vero quum iam adesse sibi, quod petebat, videret, intus quae senserit et quantopere gavisus sit, quis non suspicetur? speciem tamen diversam induebat, videbaturque ipsam adeo vitam aegre ferre, si talia audiret et incredibili scilicet modo exerceretur: quis ego, inquiebat, et quomodo istud possim! fugere malim et vitam deponere, nisi dimittar. ac plangebatur et crines scindebat et varie se iactabat, fugam se quaerere simulans, sed gaudio intus et laetitia exsultans, dum huc illuc, qua erat versutia, oculos vertit execrandos.

Quum autem, tabernaculum illud quo firmius constitueret, in superiorem aedium partem se evadere simulasset, si forte ita falleret plebem, acsi praestolatus, dum effluxisset, quae instabat, hora, deinde effugere vellet vexationes plebis, adulatores vehementiore vociferationis concentu, ut nihil posset supra, vires intendebant, vigilias custodesque disponebant in aedium portis, atque solliciti scilicet exspectabant, quid futurum esset. qua illos difficultate patriarcha exsolvit, ut res et tunc nobis audita risui fuerit et risui sit hodie, dum omnes sibi accinunt ridiculi "lude, lude in miseria." quippe se ipsum dixit compedes manicasque et collare et alia id genus pa-

τῷ κωμικώτερον τὸ "παῖζε παίζ' ἐπὶ συμφοραῖς," αὐτὸς ἔφη καὶ ποδοκάκην καὶ χειροπέδας καὶ κλοιὸν περιτραχήλιον καὶ ὅσα τοιάδε μηχανήσασθαι τῷ Κομνηνῷ, δι' ὧν κατέχοιτο ἄν. εἶπεν ἐκεῖνος ταῦτα, καὶ οἱ πολλοὶ ἀφεώρων πρὸς ἐπίνοιάν τινος χαλκεύματος καὶ "πῶς ἔσται ταῦτα;" ἔλεγον. ὁ δ' εὐθὺς πλαγιάσας τὸ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα, καὶ τὴν δεξιὰν εὐθετίσας εἰς ἀέριον σταυρικὸν χάραγμα, κατακροτεῖ δεσμοὺς τοὺς ἀρέσαντας, καὶ ἀμφιβαλὼν ἱεραρχικῶς ἐπέχει τὸν Ἀνδρόνικον, καὶ ἀφορίζει ὅποι εὗρε μένοντα, καὶ κατασκήπτει μὴ ἂν ἀφεῖναι τὴν πόλιν καὶ ἄλλην τραπῆναι. ὁ δὲ ὡς ἀβούλητα δῆθεν παθὼν καταβοᾶται τοῦ πατριάρχου οἷα οὕτω καταδήσαντος τὸν τρέχειν ἕτοιμον· καὶ "ὤμοι" φησί, "τί ποιεῖς, δέσποτα;" καὶ συχνὰ τοῦτο λογοκοπήσας ἄνεισιν ὑψοῦ στενάζων ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ. καὶ ὁ πατριάρχης ὑπειπὼν τὰ δοκοῦντα ἡσύχαζε.

Καὶ τοῦ λοιποῦ, ἵνα μὴ τὴν κοσμικὴν ἀηδίαν ἀδολεσχῶ, γίνεται τῶν κακῶν δρόμος εἰς τὸν περίδοξον ναὸν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ χαλκίτου, καὶ εὐφημία τοῦ Ἀνδρονίκου ἄκοντος εἰς βασιλέα, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ καὶ ἐκεῖνος εἴποιεν· εἶτα καὶ βία εἰς ἐκεῖνον, ὡς καὶ μὴ ἐθέλων ἀρχηγὸς ἡμῶν γενοῦ, καὶ περίθεσις παρασήμων τῇ βασιλείᾳ πεδίλων, ἐκείνου μὴ καθιστῶντος τοὺς πόδας, καὶ περίδυσις διαδήματος καὶ ῥῖψις μὲν καπνικοῦ καλύμματος τοῦ περὶ κεφαλήν, ὅπερ Λαζόθεν εἶχε τὴν ἀφορμὴν εἰς σύμβολον ὧν ἔμελλε καπνῷ

rata habere ad retinendum Comnenum. quibus auditis, exspectabant illi vinciendi consilium, rogabantque, quid tandem istud foret. ille autem, mitra illico capiti transverse imposita, et dextra ad crucis aeriae signum mota, quassat vincula exoptata et Andronico iniicit, cohibetque eum potestate patriarchali, et includit finibus iis, intra quos eum reperit, obstringitque, ne urbe excedat aliove vertatur. Andronicus autem, quasi ingrata scilicet patiens, increpat patriarcham, quod ita constrinxerit ad fugam paratum, atque "eheu, inquit, quid agis, domine?" multumque repetitis his verbis, ascendit in aedes superiores, ingemiscens tanquam in magna calamitate. patriarcha hortatus, quae ipsi viderentur, acquievit.

Mox autem, ne calamitatem terrestrem longe persequar, perditorum hominum concursus ad templum praeclarum Christi salvatoris aenei fit, salutaturque Andronicus imperator invitus, ut ipse et isti homines dicturi sint; deinde etiam vis adhibetur, ac si nollet ipsorum dux esse, et induuntur imperii insigne calceamenta, ipso detrectante pedes, et diadema imponitur iniiciturque pileus fumidus, qui

φῦραι, κατεμπρήσας τὸ πᾶν, ἀντιφόρησις δὲ ἐρυθροῦ, αἰνιττομένη ὅσων κεφαλῶν καταψηφιεῖσθαι μέλλει αἵματα. καὶ συγκάθηται τὸ ἐντεῦθεν τῷ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ, καὶ προκάθηται (ὑπερέκειτο γὰρ αὐθωρὸν ἐκείνου τὸ ἀπὸ τοῦδε), καὶ συντιμᾷ οὓς αὐτὸς ἐπέκρινε, καὶ προβάλλεται ἀρχάς, ἐξ αὐτῶν βαλβίδων τὸ τῆς κατ' αὐτὸν βασιλείας ἅρμα πρόσθεν βαλών. καὶ τὸ μέγα κακὸν τῷ μικρῷ καλῷ συγκίρναται.

Βραχὺς ὁ ἐν μέσῳ χρόνος, καὶ περιγίνεται· καὶ ὡς ἂν μὴ θρήνου μεγάλου ἔξαρχος καθισταίμην τοῖς φιλαλεξίοις εἴτ' 280
οὖν φιλοβασιλεῦσι, λεπτοτομῶν παχεῖαν σκυθρωπότητα, ἐκ ποδῶν ἀπάγει τὸν συμβασιλέα. καὶ τοῦ ζυγοῦ τὸν Ἀλέξιον ἐκτινάξας, εἴτε πνιγμῷ τῷ δι' ἀγχόνης, ὡς διαρρέει λόγος ὁ πλείων, εἴτε καὶ ἄλλως, ὡς ἐκεῖνος οἶδε καὶ οἱ συγκακοῦργοι, ἀντεμβάλλει τὸν υἱὸν Ἰωάννην, τὸν τοῦ Μανουὴλ ὕστερον, οὐχ ὅτι καλλίων ἦν, ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν Μανουὴλ ἀπεστύγει τὰ τοῦ πατρὸς καί πως ἔβλεπεν εἰς τὸ μέλλον καὶ τὸν θεὸν ἐπίστροφον εἶναι τῶν γινομένων κακῶν ὑπελάλει, ὁ δὲ Ἰωάννης ἔστεργε καὶ τοῖς πλημμελουμένοις ἔχαιρε συνεφαπτόμενος.

Ἃ δὲ τὸ ἐντεῦθεν ὁ Ἀνδρόνικος — οὐ λέγω ἥμαρτεν ἢ ἐπλημμέλησεν (ἄλλως γὰρ οἱ θερμότεροι ὀνομάσαιεν ἄν), γλώττης δεῖται νεανικῆς φράζειν, καὶ πρὸ αὐτῆς λογισμοῦ βαθέος καὶ οἷον εὔστοχα βάλλειν καθ' ὧν ἂν ἐπιβαλεῖ· ἅπερ

e Lazis repetitus et quasi imago quaedam erat eorum, quae ille, rebus omnibus igne deletis, fumo turpaturus esset, et praefertur purpureus, quo significabatur, quot capitum postulaturus esset sanguinem. assidet deinde imperatori, ac praesidet (supereminet enim dehinc illico eum), promovetque, quos ipsi placet, ac proterit magistratus, inde ab initio imperii sui currum vehementius agens; ac miscentur magna mala bonis exiguis.

Brevi interiecto tempore, superior evasit. ne autem magnae lamentationis dux exsistam Alexii sive imperatoris amicis, in parvas particulas dissecanda truculentia: e medio tollit imperii socium. excusso igitur Alexio, sive fune et strangulatione, quae vulgaris fama est, sive alio modo, id quod ipse et facinoris socii noverunt, in locum eius substituit Ioannem filium, qui Manuele minor erat, non quod praestaret, sed quia Manuel aversabatur facinora patris et animo prospiciebat futura, deumque malorum, quae fierent, vindicem fore susurrabat, Ioannes autem venerabatur patrem et ultro iuvabat prava eius consilia.

Quae vero deinde Andronicus — non dico peccaverit aut commiserit (alio enim nomine appellaverint vehementiores), lingua iuvenili opus est, ut narretur, et vero ingenio subtili et quod feriat

ἡμεῖς ἀπολωλεκότες τῷ γήρᾳ τοσοῦτόν φαμεν ἐπιτέμνοντες, ὅτι, ὁποῖά τις Δαυῒδ μεμελετηκὼς ἀπεκβῆναι ἔν γε τῷ κατὰ τὸν Οὐρίαν καὶ τὴν γαμετήν, τὸν μὲν ἄνδρα βασιλέα τὸν Ἀλέξιον προϊάπτει κάτω, παραστείλας τοῦ ζῆν, εἶτα καὶ βυθῷ θαλάσσης πιστεύσας καθά τινές φασιν, ὡς οὐκ ἂν ἐγὼ ἀνακρίναιμι, καθάπαξ ἀπεστυγηκὼς τὴν φαύλην ταύτην περίστασιν. καὶ ἐκεῖνος μὲν οὕτω τὸν παῖδα βασιλέα συνέστειλεν, εἰ καὶ λόγοι τινὲς ὕστερον ζωὴν ἐκείνου κατεψεύσαντο· εἰς ὃ παίζων ὁ Ἀνδρόνικος ἐξελάλησέ τι δριμύ, ὃς ἀκούσας περί που τὰ κατὰ Σικελίαν τημελεῖσθαι τὸν Ἀλέξιον βασιλικῶς, ἡδὺ γελάσας "ἦ δὴ" ἔφη "ἄριστος κολυμβητής, εἴπερ ἐν Κωνσταντινουπόλει κατακυβιστήσας εἰς βαθεῖαν θάλασσαν ἀπνευστὶ διεξέδυ περὶ τὸν ἐκεῖσε πορθμόν." ἀποικίσας δὲ οὕτω τὸν ἄνδρα Ἀλέξιον, εἰσοικίζεται τὴν αὐτῷ μνηστήν, ὢ καὶ ἐκείνου κακοῦ, νεάνιδα θυγατέρα τοῦ τῆς Φραγγίας ῥηγός, ὀκνοῦσαν μέν, ὡς περιᾴδεται, τὴν συναφήν. ἤδη γὰρ καὶ φρενῶν ὑπεπίμπλατο, καὶ πεπειραμένη δὲ ἄλλως λειότητος ἐραστοῦ τὸν τραχὺν ἀπέστεργε. καί ποτε, φασί, καθ' ὕπνους φαντασαμένη τὸν νεανίαν καὶ ὦ Ἀλέξιε ἀνακράξασα, οἷα ἔπαθεν, οἶδεν αὐτή.

Καὶ ἦν μὲν ἴσως μέτριος τὴν κακίαν, εἴπερ ἐνταῦθα ἐλθὼν ἀδικήματος ἔληξε καὶ ἐστράφη πρὸς τὸν ἀληθῶς ἄν-

5. ὡς] οὓς?

scopum, quem petit: quae quum nos amiserimus senectute, hoc tantum strictim dico, eum quasi alterum fieri Davidem voluisse in eo, quod ille adversus Uriam et uxorem eius fecit, siquidem virum imperatorem Alexium pessumdat, prius vita privatum et deinde in mare demersum, ut quidam dicunt, ego autem diiudicare nolim, prorsus abominans rem eam detestabilem. ergo ille puerum imperatorem oppressit, etiamsi rumores quidam postea eiusdem vitam ementiebantur: ad quam famam acerbe dicto quondam lusit Andronicus, qui, quum audisset, regio honore alicubi in Sicilia haberi Alexium, subridens "egregius profecto, inquit, urinator ille est, si quidem Cpoli in mare demersus, non spiravit, dum emergeret in illo portu." itaque e medio sublato viro Alexio, in matrimonium ducit, eheu novam nequitiam, sponsam eius, filiam adolescentem regis Francorum, pertimescentem, ut fertur, id coniugium. etenim sapere illa iam coeperat, atque gustato suavi amico aversabatur asperum. et quondam, ut ferunt, quum per somnum adolescentem vidisset, et, o Alexi, exclamasset, quae passa sit, ipsa novit.

Ac fuisset fortasse modicus in nequitia, si eo progressus iniuriarum destitisset, et redisset ad humanitatem, pravis facinoribus ad im

θρωπον, ἀδικήσας εἰς βασιλείαν καὶ μεγάλου τυχὼν πράγματος. ὁ δ' ἀλλὰ πρὸς δεινὸν μέγα μεταπλασθεὶς τῇ θηριωδίᾳ τὸ κατὰ πάντων φοβερὸν πραγματεύεται, καὶ ἀφίησι μὲν πατὴρ ὣς ἤπιος εἶναι, ἀνθαιρεῖται δὲ μαίνεσθαι οὐκέτ' ἀνεκτῶς. καὶ ὡς εἴπερ μικρὰ ἐποίει κακά, ὅτε πρόφασιν εἶχε τὴν τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου περιποίησιν, πολλαπλασιάζει τὰ ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς Ἰωάννου, καὶ εἰς οὕτως ἄποπτον ἐκκορυφοῖ τὸν τῆς μανίας κολωνὸν ὡς καὶ τὸν Ἰωάννην ἀναβλέψαντά ποτε παθεῖν ἴλιγγον. καὶ τοίνυν καὶ ἀνεκάλυψέ ποτε τῷ πατρὶ καὶ ἐκεῖνος τὸ κατὰ ψυχὴν πάθος, καὶ ἔδειξε φόβον ἔχειν εἰς τὸ μέλλον ἐφ' οἷς ὁ πατὴρ ἄρτι θρασύνεται. καὶ ὑποκλαίει μὲν μαλθακώτερον, οὐκ ἀποκναίει δὲ τὸν πατέρα τοῦ ἐν κακοῖς ἀνδρίζεσθαι καὶ δεινὰ βούλεσθαι. διὸ καὶ προαναφωνῶν τὸ καλὸν ἐκεῖνος βούλευμα γυναῖκάς τε τοὺς υἱοὺς προσέφη, ἐπιπλέξας ἐνταῦθα καὶ τὸν Μανουήλ, καὶ ἐπαρᾶται, μὴ ἂν εἰς ἄξιον ἐλθεῖν τοῦ ἡσυχῇ ζήσειν, μεγαλείους μόνους ἐκείνους ἐσομένους, ἐπὰν ὁ πατὴρ θάνοι. καὶ κομπάζει μακελλαρίους (εἰπεῖν κατ' ἐκεῖνον) καὶ μάγγιπας καὶ μύρων ἑψητὰς μέλλειν ἀφήσειν περιεῖναι, καὶ τοιούσδε τινάς, ὧν αὐτοὶ ἄρξοντες ὕστερον εἰκῇ ἄρτι δειλαίνονται, μεγάλα σεμνύνων ἐκεῖνος τὴν βασιλείαν τοῖς παισίν. εἰ οὕτω μικροβασιλεῖς ἀποβήσονται, ὅμοιον ὡς εἰ καὶ Γιγάντων ἀποστερῶν ἐθέλοι παραμυθεῖσθαι οἷς Πυγμαίων ἄρξειν αὐτοὺς ὑπόσχοιτο.

perium grassatus et magni voti compos factus. enimvero in monstrum terribile mutatus ferocia, adversus omnes horrenda parat, nec cogitat de Homerica illa lenitate paterna, sed induit pro ea saevitiam non iam tolerabilem. itaque, quasi parum mali fecisset, quum praetendebat imperatoris Alexii salutem, multiplicat iam, quae sua et Ioannis filii causa molitur, facinora, et ad eam altitudinem exstruit furoris molem, ut ipse etiam Ioannes quondam vertigine correptus sit. aperuit igitur ille patri animi aegritudinem, seque de futuro sollicitum esse significavit propter ea, quae pater auderet. lacrimas fundit mollius, nec cohibet patrem a pravis inceptis et exitiosa audacia. quin imo, pulcrum ille aperiens consilium, et feminas filios appellat, Manuelem quoque hic tangens, et cum imprecatione adseverat, non esse, quod tranquille viveret, sed magnificos solos illos fore, postquam ipse mortuus foret: gloriaturque, laniatores se et pistores et unguentorum coquos aliosque id genus relinquere velle, quibus illi postea imperaturi temere inertiae se darent, iactans imperium filiis, quo tam exiguae dignitatis forent, plane ita, acsi gigantibus privatos consolari vellet pollicendo, Pygmaeis eos imperaturos.

Γίνεται οὖν ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ πλέον ἀπάνθρωπος, τὸν θῆρα μετενδυσάμενος. καὶ οἷα μὴ ἀρκοῦν αὐτῷ στερεῶσαι βασιλείαν, εἰ τοσούτους καὶ τοιούτους λογάδας τοὺς μὲν ἀπήγαγεν εἰς τοὺς πλείονας τοὺς δ' ἄλλως ἐκ μέσου ἔστησε, προσεπικαταβάλλει καὶ ἄλλους μυρίους ὅσους, μάρπτων ἑξείης, οὐ κατὰ αἰτίαν οὖσαν, ἀλλ' ὁποίας πλάσαιτ' ἂν κατὰ ζώντων ἄνθρωπος αὐτὸς μόνος ἐφιέμενος ζῆν διὰ τὸ φύσει καχύποπτον, ὃ παγίως αὐτῷ ἐνερρίζωτο οἷς αὐτὴ ἀεὶ ἐδολίου κατὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ· ὅθεν ᾤετο πάντας βασιλεῖς κατ' αὐτόν. καὶ οὐ λέγω τὸ πλῆθος τῶν πεπονθότων· οὐ προσάπτομαι τῆς ποιότητος· οὐκ ἐκτίθεμαι τὰ κατ' ἐκείνων συμπλάσματα· οὐ περιηγοῦμαι τρόπους ἢ τόπους καθ' οὓς καὶ ὅπως περανθείη τὸ κακόν, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν, μὴ καὶ ἀηδίας ἀναταράξω βόρβορον. ἐκεῖνο μόνον λέγω, ὡς ἠρίστευεν ἀληθεύων ἐπὶ τῇ πρὸς τοὺς υἱοὺς ὑποσχέσει· οὐ πολλοῦ γὰρ ἐνέλιπε ψιλῶσαι ἀνθρώπων ἐπιδόξων τὴν μεγαλόπολιν. καὶ οὕτω μὲν κατὰ πάντων αὐτός· ἦσαν δὲ οὐδ' οἱ πάντες ἀπεοικότες ἐκείνου πρός γε τὸ μῖσος. μισούμενοι γὰρ ἐφιλοτιμοῦντο ἀντιμισεῖν, οὐκ εὐαγγελικῶς μέν, κατὰ βασιλικὸν δὲ ἐκεῖνο παράδειγμα. καὶ συλλεγέντες τῇ ἀμύνῃ πρός τι ἐνδρᾶν ἤθελον καὶ ἀντιλυπεῖν τὸν κατάρξαντα. ἦσαν δὲ ἐν τοῖς δρῶσι πρὸς ἄμυναν, ὅτι καὶ ἐν τοῖς παθοῦσι, καὶ οἱ τῆς

8. αὐτὴ] αὐτὸς?

Fit deinde homo ille in dies immanior, bestiae induens naturam. quasi autem satis non firmasset imperium tot talesque viros eximios partim ad inferos amandando, partim amovendo alio, adiecit etiam alios innumerabiles, temere comprehensos, non propter verum aliquod crimen, sed affingens, quae ficturus esset adversus vivos, qui solus vivere vellet propter insitam quandam a natura suspicionem, quae illi infixa haerebat propter ea, quae ipse semper molitus erat adversus priores: unde omnes post ipsum imperaturos suspicabatur. non dicam multitudinem eorum, qui supplicium subierunt; non attingam virtutes; non exponam ficta in eos crimina; non explicabo modos locosve, quibus facinus patratum est, nec alia id genus, ne eruendo coeno taedium moveam: hoc tantum dico, praeclare eum stetisse iis, quae filiis promiserat. etenim non multum abfuit, quin a viris illustribus vacuam urbem faceret. ergo talis ille adversus omnes erat: nec vero hi dissimiles odio. namque odio habiti ambitiose ipsi invicem odio habebant, non ex evangelio quidem, sed ad exemplum imperatorium. itaque coniunctis ad defensionem viribus, quo unum aliquid agerent, etiam vexare vicissim eum, qui coeperat vexare, volebant. erant autem in iis, qui agebant,

Ἄγαρ. τὰ γὰρ κατὰ Νικαέων πάθη, καὶ ὅσα οἱ Προυσαεῖς ἔτλησαν, ἥψαντο καὶ ἐκείνης καὶ εἰς πολὺ ἐχθίστην ἡμῖν ἐνέγραψαν· πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν αὐτῆς ἐπιλέγδην ἡ Νίκαια, 281 ναὶ δὲ καὶ ἡ Προῦσα μετὰ πολύπονον ἅλωσιν μετεωρισθέντας εἶδον, ὅθεν ἔστι καταβῆναι εἰς Ἅιδην καὶ ταχὺ καὶ οἴκτιστα.

Καὶ οἷα μὲν ἐντεῦθεν οἱ ἀνατολικοὶ ἔπαθον, εἰς μνήμην, εἰ καὶ μὴ μετ' ἐγκωμίων τοῦ Ἀνδρονίκου, συγγραφέσθω ἕτερος, ἐκεχειρίαν τε ἄγων ἱκανήν, ἀλλὰ καὶ δακρύοις πλουτῶν· ἡμᾶς γὰρ ἐπέλιπον καὶ αὐτά. ἡμῖν δὲ οἷα ἐκεῖθεν συνέπεσον, καὶ ὡς ἡ τοῦ Ἀνδρονίκου, ὁμαλῶς λέξαι, οὐ προσήνεια καθίκετο καὶ ἡμῶν ὀλεθρία, φράσων ἔρχομαι, οὐ πρὸς εὐρυλογίαν οὐδ' αὐτά, μὴ καὶ πλατὺ μάλα βιβλιογραφήσειν ἀνάγκην εὑρήσω, ἀλλ' ὡς πρὸς ἐσκιαγραφημένην τῶν πεπραγμένων ὑπόδειξιν.

Οἱ βλαβέντες ἐκεῖνοι, οἱ πολλοί, οἱ ποικίλοι, οἱ πολύγλωσσοι, διασπαρέντες ἄλλοι ἄλλοθεν, εἴ τις φρήτρη ἐκ Πίσσης, εἴ τις ἀπὸ Γενούης, τὸ τῶν Τούσκων φῦλον καί τι Λαμπαρδικόν· οὐκ ἀπελίπετο δὲ οὐδὲ τὸ ἐκ Λογγιβάρδων βλαβέν, οὐδ' ὅσα ἄλλα· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενείας ἐπιτεταγμένων, Μαλεῖνος δέ τις καὶ Δαλασηνὸς καὶ Κλάδων καί τινες τοιοῦτοι τῶν τῆς ὑφειμένης, πρὸς δὲ καὶ θεραπευ-

21. δέ] τέ?

quo se defenderent, ut in iis, qui passi erant, etiam Agaris posteri. etenim Nicaeensium et Prusensium calamitates ad illos quoque pertinuerunt, eosque inimicissimos nobis fecerunt. namque multos ex ea quoque gente selectos Nicaea, quin imo Prusa quoque, post luctuosam expugnationem suspensos vidit, unde citus et miserabilis ad Orcum descensus est.

Quae tum orientales passi sint, ad memoriam posterorum licet, si minus ad laudem Andronici, componat alius, qui et otio et lacrimis abundaverit. etenim nos quidem illae quoque defecerunt. quae autem nobis deinde contigerint, et quomodo Andronici, ut modeste dicam, haud magna benevolentia nobis quoque exstiterit exitiosa, equidem narraturus sum, sed ne haec quidem copiosius, ne fuse scribendi mihi oriatur necessitas, sed quantum satis sit ad adumbrandam rerum gestarum historiam.

Afflicti illi homines, frequentes, varii, multarum linguarum, alii aliunde congregati, pars Pisa, pars Genua advecti, Tusca gens et Lampardica, nec non e Longobardis qui afflicti erant, et quotquot alii, quin etiam minoris dignitatis nobiles, Malenus quidam et Dalasenus atque Cladon, aliique id genus inferiores, ad hos princi-

ταὶ ἀρχόντων οὓς ὁ Ἀνδρόνικος φαύλως διέθετο —, οὗτοι δή, καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι ἐν ὁμοίοις κακοῖς ἦσαν, ἐπρέσβευσαν παρὰ πολλοὺς τῶν μέγιστα δυναμένων περί τε τὰ τῆς ἑῴας λήξεως καὶ τὰ ἑσπέρια. καὶ οἱ μὲν τὸν σουλτὰν ἠρέθισαν τὰ πλείω, προϊσχόμενοι εἰς δυσωπίαν τὸν τοῦ βραχυβίου βασιλέως Ἀλεξίου θάνατον, ᾧπερ ὤφειλε πιστὰ διὰ τὸν πατέρα Μανουὴλ ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἔθναρχος· ἕτεροι δὲ τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ προκαθήμενον, τόν τε κατὰ κόσμον καὶ τὸν ἐκκλησιαστικῶς, ἄλλοι δὲ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ζηλοῦντα βασιλικῶς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ. ὠφειλέτην δὲ ἄρα καὶ τούτω τὼ ἄρχοντε ὀρθὴν ἀγάπην καὶ ἐπικουρίαν μετὰ τὸν Μανουὴλ ἀδικουμένῳ τῷ υἱῷ Ἀλεξίῳ. αἱ δὲ ἐντρεχέστεραι τῶν πρεσβειῶν περὶ τὰ καθ᾽ ἑσπέραν ἐξετελοῦντο, καὶ ἐλιτάζετο πρὸς μὲν τῶν ὁ τῶν ἐν μεγάλῃ Ῥώμῃ ἀρχιερατικῶς ὑπερεστὼς καὶ εἴ τις ἄλλος παρ᾽ αὐτῷ καὶ κατ᾽ αὐτὸν ἰσχύων, πρὸς δὲ τῶν ὁ Γερμανικὸς φύλαρχος. ὠχλεῖτο δὲ πρεσβευτικῶς καὶ ὁ πολὺς τὴν ἐξουσίαν Ἀλαμανός. καὶ οὐδὲ ὁ μαρκέσιος ἡσυχῇ μένειν ἀφίετο, καθάπερ οὐδὲ ὁ τῆς Οὐγγρίας κράλης καὶ ὅς δὲ ἄλλος ἰσχυρὸς περίοικος. καὶ ὅλως, ἔνθα περιήγησις ἀρχικῶν ὀνομάτων, ἐκεῖ ἀπέβλεπεν αὐτοῖς τὸ δεόμενον τῆς ψυχῆς καὶ οἱ πόδες αὐτίκα ἔτρεχον, καὶ ἡ γλῶσσα ἐλάλει καὶ ἐνήργει πρὸς πειθώ.

Μάλιστα δὲ τοιούτου ἐπειράθη ὄχλου ὁ τῶν Σικελῶν

pum, quos Andronicus suppliciis affecerat, domestici: hi igitur et si qui alii in pari miseria erant, converterunt se ad multos eorum, qui prae ceteris pollebant, ad orientem non minus, quam ad occidentem. alii Sultanem inprimis sollicitarunt, praetendentes movendi pudoris causa mortem immaturam imperatoris Alexii, cui propter patrem Manuelem fidem debebat rex Agarenorum; alii Antiochenorum principem tum civilem tum ecclesiasticum, alii rursus eum, qui Hierosolymis modo regio tutabatur, quod ius fasque erat. debebant enim hi quoque principes bonam fidem opemque post Manuelem afflicto filio eius Alexio. in primis autem impigre auxilia per occidentem petebantur. ab aliis pontifex Romanus maximus et si quis cum illo vel per illum alius pollebat, ab aliis dux et princeps Germanorum rogabatur. sollicitabatur etiam legationibus magnae potentiae princeps Alemannus; nec vero marchioni quietem concedebant, aut crali Hungarorum et si quis alius in iis finibus potens erat. omnino ubicunque nomina principalia audiebantur, eo illis supplex vertere animus, atque pedes properare, ac lingua loqui et suadere.

Maxime autem ab hac turba tentabatur Siculorum sive rex sive

εἴτε ῥὴξ εἴτε τύραννος, ὡς οἱ Διονύσιοι καθ' ἱστορίαν βεβαιοῦνται καὶ οἱ Φαλάριδες, καὶ ὅσοις δὲ ἄλλοις τὸ ἐκεῖ ἄρχειν τυραννεῖν καὶ ἦν καὶ ἐλέγετο. ἔνθα ὁ πρῶτος πρὸς βίαν κατάρξας καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐκεῖνο κομητάτον εἰς ῥηγάτον μεταγράψας Ῥογέριος ἦν, ῥέκτης ἀνὴρ καὶ τῷ ὄντι δραστήριος καὶ ἐν τοῖς ἐκεῖσε πολλὴν ἱστορίαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ περικείμενος· δεύτερος δὲ μετ' ἐκεῖνον καὶ χρόνῳ καὶ χειρὶ καὶ τύχῃ παῖς ἐξ ἐκείνου, οὐκ οἶδ' ὅπως ἥκων τοῦ ὀνομάζεσθαι· ὁ δὲ ἄρτι ζῶν (Γελίελμον ἐκεῖνόν φασιν) μεγαλεπήβολος μὲν τὴν ἔφεσιν, μικροτελετὴς δὲ ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς· ὀλίγα μὲν γάρ τινα ἠνδραγαθίσατο, τὰ πλείω δὲ ἔπταισε. καὶ ὡς μὲν κατὰ τὴν σκέψιν Ἀριστοτέλους εἰς τριγονίαν τὰ πολλὰ τὸ τυραννικὸν φῦλον ἀνθοῦν εἶτα μαραίνεται, συχνὴ πεῖρα παρέδειξεν· οὗτος δέ, οἷς ἄρτι εὐτυχῶς ἑαυτῷ ἐπέττευσεν, οἴοιτο ἂν τάχα οὐ μόνον οὐκ ἀπανθήσειν, τρίτος ὢν αὐτὸς τῷ γένει, ἀλλὰ καὶ κάρπιμος ἔσεσθαι· πάνυ γὰρ ἡμῶν κατευτύχησεν.

Ὁ δὲ οὖν Γελίελμος οὗτος κότον τε οἶμαι τρέφων οἷς ποτὲ ὁ Μανουὴλ κατεστράτευσε τῆς αὐτοῦ καὶ πολλὰ καὶ ἐλύπησε καὶ ἔβλαψε, καὶ ἅμα καὶ ζηλῶν πατρικὴν διὰ θαλάσσης ὁρμήν ποτε παλαιὰν κατὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἣν ὁ πατὴρ ἀνήνυτον ἐξετέλεσεν, ὁμοῦ δὲ καὶ συνάψας εἰς νοῦν τὴν καὶ διὰ γῆς καὶ διὰ θαλάττης μελέτην τοῦ Μα-

10. *μικροτελεστὴς?*

tyrannus, ut ex historia noti sunt Dionysii et Phalarides, et si qui alii ibi fuerunt, quorum regnum tyrannis et erat et dicebatur. primus qui illic violentius dominaretur, mutato in regnum comitatu Romano, Rogerius fuit, vir strenuus et sane quam impiger, et in ea regione rerum gestarum gloria ornatissimus; secundus autem post illum tum tempore tum fortitudine et fortuna nescio cuius nominis eiusdem filius fuit; sed qui nunc vivit (Wilhelmum eum nominant), suscipiendis rebus magnus, perficiendis exiguus est: nam pauca admodum bene, plurima male gessit. quippe quod Aristotelis sententiam, per tria genera familias regias plerumque florere, deinde extingui, saepe comprobavit experientia, ille certe quidem propter bonam, qua quum maxime lusit, fortunam crediderit fortasse, fore ut non solum non deflorescat, tertius quippe genere, sed ad faciendam messem maturescat. etenim adversus nos quidem rem felicissime gessit.

Hic igitur Wilhelmus tum ira, opinor, incensus, quod olim Manuel invasisset terram suam, eamque afflixisset et vastasset, tum expeditionem a patre olim adversus Cpolim, quamquam frustra, susceptam aemulatus, simulque animo volvens Manuelis et terrestre et

νουὴλ κατὰ τῆς τῶν Σικελῶν (κατ' ἄμφω γὰρ ἐκεῖνος ἐπεχείρησε, καλῷ μὲν ἐπιβαλὼν πράγματι, κατακυβευθεὶς δὲ τύχαις πολέμου), προσίεται τὴν πρεσβείαν τῶν τοῦ Ἀνδρονίκου ἐχθρῶν, ὧν κατάρχειν ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος ἠγλαΐζετο, πολυπλάνητος καὶ αὐτὸς καὶ μακρὰ περιοδεύσας, εἴγε πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ διὰ Ταυρικῆς καὶ Σκυθίδος γῆς ἐλθὼν διὰ τὸν Ἀνδρόνικον μυρία ἔκαμε. καὶ τυγχάνει βαλὼν ἔπος ὁ Σικελός, τήν τε ξηρὰν τήν τε ὑγρὰν ἐμπλῆσαι τῆς κατ' αὐτὸν δυνάμεως, καὶ οἷόν τινα νέφη στρατοῦ ὑπερστῆσαι καὶ αὐτῆς τῆς μεγαλοπόλεως, δι' ὧν ἐπιβρέξας ὄλεθρον κατακλύσει τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀνδρόνικον, φυσῶντος ἐνταῦθα μεγάλα καὶ τὰ τοιαῦτα νέφη συνελαύνοντος καὶ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου. ἔλεγε γάρ, ἀλλὰ καὶ ἐδόξαζε, πρὸς αὐτοῦ εἶναι τὴν πᾶσαν Ῥωμαΐδα καὶ φιλεῖν αὐτὸν εἰς τὸ γνήσιον, καὶ μὴ ἂν ἀφέξεσθαί τινας αὐτοῦ, ἀλλ' ἅμα ἢ κατιδεῖν ἢ μηνύματι ἐρεθισθῆναι, καὶ αὐτίκα ἐπιδιδόναι κατακύπτοντας ἑαυτοὺς εἰς ὑποταγήν. ἐνεκρύπτετο δὲ τοῖς λόγοις τούτοις καὶ νοῦς, ὡς οὕτως ἔχων καὶ οὕτω φιλούμενος καὶ εἰς τὰ ἑκάστων παραδυόμενος σπλάγχνα βασιλεύσει αὐτός, ῥίψας τὸν Ἀνδρόνικον, παραγόμενος κἀνταῦθα τῆς ὀρθῆς. ὁ γὰρ Σικελὸς ῥὴξ ἄλλα
282 *ἤθελε, καὶ Σικελίαν μὲν καὶ τὸ κατ' αὐτὴν ῥηγάτον ἑτέροις, ὥς φασιν, ἀποκαταστῆσαι, αὐτὸς δὲ μετεμβῆναι εἰς τὴν μεγαλόπολιν μεμελέτηκε.*

emta gratia intercesserit, metu, ne frater et mater in insidias Andronici inevitabiles committerentur, profecto insignis ista negligentia, qua tantam urbem et civitatem universam pro nihilo dux habebat, quin imo expugnationis moram etiam contrahi cupiebat, si forte evitare adspectum imperatoris et recta hinc abire posset, admodum affinis proditioni et fortasse etiam peius quid erat, ut quis fortasse demonstraverit dicendi artifex. homo ratiocinandi peritus in eandem certe classem haecce retulerit. gubernator navis, qui non nauclerus idem, sed mercede conductus fuerit, si magistro navis succenseat, ut non possit magis, remanebit quidem in navi, si forte ea periclitetur, sed loquetur vana nec non seguiter aget, omni denique studio prorsus intermisso, navigium scopulo impingi et pessum ire una cum onere virisque patietur. similiter rursus custos vineae, odio dominum Vatiniano abominans, uvas fortasse non attigerit, sed crebro vel infra collem inambulaverit vel continuerit se in specula, et hic illic circumspiciendo diligentiam simulaverit, nec arcuerit, securus, dum sepimentum et fossam videt, insidiantes alicunde fures, sed quasi somniculosus decubuerit, explens ita suum in dominum vineae odium, sed tamen iurare paratus, si quis accusaverit, nec discessisse se a vinea, nec

οὔτε φεύγοι τοῦ ἀμπελῶνος οὔτε κεκλόφοι οὔτ' ἀποδοίη, ἀφιεὶς δὲ τὸ οὐδὲ μὴν ἀμελήσοι, ὃ τὴν ἄμπελον ἀπηχρείωσε. ταῦτα δὲ τὰ καὶ τῷ Δαυὶδ ἐμφαινόμενα, δι' ὧν οὐ μόνον ὁ Ἀνδρόνικος ψέγοιτ' ἄν, δύσνουν ἑαυτῷ ἄνδρα καὶ βαθὺν πονηρεύσασθαι τηλικούτοις ἐπιστήσας πράγμασιν, ἀλλὰ καὶ ὁ Δαυὶδ ἀπελέγχοιτο μὴ ἂν ἔχειν διεκφυγεῖν γραφὴν τοῦ προδοῦναι. ἀνακεφαλαιώσασθαι γὰρ τὸ ἐπιχειρηθέν, οὔτε κυβερνήτης καραδοκῶν, εἴπερ ὁρμισθείη, ἀποβαλέσθαι τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸν δυστυχῆ σωτῆρα τοῦ Ξέρξου, ὀκνήσοι ἂν ῥαχίαις φθάσας προσαράξαι τὸ σκάφος, κύμασιν ἐκδούς, εἴ πως ἐκκολυμβήσας μόνος περιγενήσεται· καὶ ἀμπελῶνος δὲ φύλακα δαπανᾶν μὲν τὸ πιστευθὲν οὐκ εἰδότα, χόλῳ δὲ τῷ κατὰ τοῦ δεσπότου ἀφιέντα κλέπτεσθαι καὶ θηρίοις βλάπτεσθαι, οὐκ ἂν νοσφιζοίμην λέγειν προδοῦναι τὴν ἄμπελον.

Ὢ οἷον κακόν, ὦ Ἀνδρόνικε, μεγίστοις ἔργοις, καὶ κίνδυνον δεινότατον ἐπισυρομένοις εἴπερ ἀμεληθεῖεν, ἕνα τινὰ μόνον εἰς αὐτοκράτορα κεφαλὴν ἐφιστᾶν, καὶ αὐτὸν δὲ οὔτε λίαν ἐπιστήμονα τοῦ δρᾶν καὶ ὕποπτον δέ. ὦ Ἐπιμηθεῦ βασιλικέ, οἷον ἡμᾶς διέθου κακόν. ὦ ἀλυσιτελὴς ὑστεροβουλία. ὦ δυσανακλήτου καλοῦ ἀκίχητα ἐπιδίωξις. ὦ εἰκαῖος ἐκεῖνος μετάμελος. οὐκ ἔσχε γὰρ εἰς τέλος τὰ τοῦ Δαυὶδ οὐδὲ τὸν βασιλέα λαθεῖν. διὸ καὶ ἐξέστειλε μὲν ἐκεῖνος τὸν εἰς μνήμην ἤδη γραφικὴν ἀποτεθειμένον παρακοιμώμενον, οὐ

uvas furatum esse vel donasse aliis, prudenter autem non eiurans eam, qua vineam perdidit, negligentiam. similia in Davide manifesta sunt, ita ut non solum Andronicus reprehendendus sit, quod hominem sibi inimicum et ad nequitiam versutissimum tantis rebus praefecerit, sed etiam Davides ita coargui possit, ut crimen proditionis effugere nequeat. rem enim in conspectum proponam: gubernator, qui timuerit, ne, si ad terram appulerit, capitis damnetur, infelicis illius, qui Xerxem servavit, exemplo, non dubitaverit, navi prius scopulis illisa, undis se committere, si forte nando ipse solus conservetur; neque equidem vineae custodem, qui, nescius, quomodo consumat rem sibi commissam, odio domini commotus uvas furandas et bestiis laedendas permiserit, proditorem vineae nominare dubitaverim.

Quanta ista, Andronice, stultitia est, rebus maximis et, si negligantur, periculum gravissimum trahentibus, unum aliquem hominem praeficere, eumque nec admodum peritum et suspectum! o, imperator Epimetheu, quam male nobis consuluisti! o seram consilii prudentiam! o tardam curam salutis! o vanam istam poenitentiam! nam ne imperatorem quidem diu celari potuit Davidis nequitia. quare misit ille cubicularium illum, cuius iam mentionem fecimus, qui non

μόνον ἐπὶ ἀμύνῃ τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄν, φασίν, ὑπελθὼν δεξιῶς ἀμύνηται τὸν ἀπατεῶνα Δαυὶδ εἰς ὄλεθρον· ἤδη γὰρ κατέγνω τὸν ἄνδρα καὶ ὁ βασιλεὺς ὀψιμαθέστερον, οἷα βυσσοδομεύων ἦν. ἐκρήτιζε δὲ ἄρα πρὸς Κρῆτα ἐκεῖνος, καὶ τὸν ὕπουλον Ἄργον τὸν Δαυΐδ, ἀνυστάκτοις τά γε εἰς πονηρίαν ὄμμασι βλέποντα, οὐκ ἔσχεν ἀψοφητὶ δι' Ἑρμοῦ ἐκείνου εὐπτέρου βαλεῖν καὶ καταβαλεῖν, ἀλλὰ προαισθόμενος ὁ Δαυὶδ φθάνει ἐπιτεμὼν τὸν καιρὸν τοῦ ἡμετέρου κακοῦ ὡς εἰς καλὸν ἑαυτῷ· καὶ οἷον ὑποδὺς βυθὸν κατὰ λάρον, ὃς ὑποπτήξας ἁλιαίετον βυθισθείη, ἐξέφυγε τὸν ἀγκυλοχείλην Ἀνδρόνικον, Ἀνδρόνικος ἀποβὰς αὐτὸς κατ' ἐκείνου τοῦ γαμψώνυχος. ἑσπέρας γὰρ ἦλθεν ὁ παρακοιμώμενος, καὶ αὔριον ἕωθεν ἀπολώλαμεν, διοικονομησαμένου τοῦ Δαυὶδ μήτ' ἔνδον ἰδεῖν ὃν ἐδεδίει, μήτε μὴν ἔξωθεν ἐπικουρίαν γενέσθαι ἡμῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ μὲν τῶν ἄλλων βλάβῃ δὲ αὐτοῦ, ἣν ἔπαθεν ἂν σεσωσμένης τῆς πόλεως. οὕτως ὁ Δαυὶδ κυνηγετούμενος ὑπὸ τοῦ Ἀνδρονίκου ἐμηχανᾶτο μὴ πεσεῖν ὑπὸ ἄγραν ἐκείνῳ, παρ' οὐδὲν μὴ ὅτι γε τὴν καλὴν Θεσσαλονίκην, εἰ μόνον περισωθείη αὐτός, ἀλλ' οὐδὲ τὸν πάντα κόσμον τιθέμενος.

Οὐκοῦν ἡμέραι συχναί, αἱ μὲν πρὸ τοῦ σφοδροῦ πολέμου αἱ δὲ κατὰ τὴν τούτου ἀκμήν, καὶ οὐδεὶς ἐκεῖνον εἶδεν οὔτε ἐν ὅπλοις δεινοῖς δύναντα οὔτε ἵππου εὐγενοῦς ἐπιβάν-

solum urbem defenderet, sed etiam callide circumveniret et in perniciem committeret fraudulentum istum Davidem. etenim intellexerat iam imperator quoque, quam is occulti ingenii homo esset. Cretensis igitur Cretensi insidiabatur, nec poterat imperator subdolum Argum Davidem, qui siccis oculis malitiam spectaret, Mercurii illius alati opera sine strepitu prosternere, sed re praesensa Davides antevertit illum, exitii nostri tempore ad suam maturato salutem; et quasi in profundum submersus lari instar, qui aquilam evitaturus urinatur, adunci nasi Andronicum effugit, dum Andronicus ipse abit velut bestia illa ungulata. vespere enim cubicularius advenit, et postero mane perieramus, rebus a Davide ita institutis, ut neque intus se videret, quem timebat, neque foris auxilium ferri posset ad salutem quidem reliquorum, sed ipsius perniciem, qua periturus erat, si urbs servata fuisset. ita Davides, quasi indagine sectante se Andronico, effecit, ne illius praeda fieret, pulcherrimam urbem Thessalonicam dummodo ipse servaretur, quin imo totum orbem terrarum, nihili aestimans.

Itaque dies multi praeterierunt, partim ante summum belli ardorem, partim inter eos tumultus vehementissimos, quum nemo illum aut armis indutum aut equo insidentem videret. mulus eum vehe-

τα. ἡμίονος δὲ ὤχει αὐτὸν ἀπὸ βράκας καὶ πεδίλων νεωτερικῶν. ἔσκεπε δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν Ἰβηρικώτερον ἔκφυλος πῖλος ἐρυθρός· βάρβαροι ἐκεῖνον καὶ τεχνῶνται καὶ καλοῦσιν ᾗ φιλοῦσι, πολύπτυχον μὲν καὶ οὕτω συνεσταλμένον κάτω τὴν λοιπὴν περίθεσιν, τὰ δὲ περὶ πρόσωπον εὐρυνόμενον καὶ πρηνεύοντα ἐς ἱκανὸν κατὰ ἡλίου, ἵνα καὶ οὕτω τὸν στρατιώτην ἀπολέγοιτο τρυφερευόμενος ἀνηλίαστα. ἑορτὴ φιληδεῖ τοιούτοις ἀνδράσι· πανήγυρις οἶδε τοιούσδε στολμούς· νυμφίος ἂν οὕτω θρύπτοιτο ἁβρυνόμενος. τόξον δ' ἐκεῖνος εἴ που καὶ χειρισθείη, πειρᾶσθαι εἶπες ἂν αὐτὸν ἐκείνου κατὰ τοὺς ὠνουμένους, ὅπως ἂν ἔχοι τοῦ τείνεσθαι. κατὰ δέ γε τὴν ἀκρόπολιν λέγεται ὀϊστὸν ἕνα κατὰ τῶν ἐκεῖ περικαθημένων ἀφεῖναι, καὶ λίθον ἕνα ἐκ σφενδόνης· εἶτα καὶ ὑποθέσθαι τοῖς ἐπὶ τῶν τειχέων πεδίλων ῥαφέας ἐξονειδίζειν τοὺς πέριξ Λατίνους, οὓς καὶ τοσοῦτον ἠμύνατο, κακὰ ἡμῖν ῥάπτοντας καὶ ἐγγελῶντας οἷς ἤκουον. ἔλεγον δὲ οἱ ἀμφ' αὐτὸν σκώπτοντες ἐκεῖνον καὶ ὅτι καθήμενος ἔσω τειχέων κάτω περὶ σκιάν, καὶ βέλη βλέπων ἔξωθεν ἐπιπεταννύμενα, εἰώθει λέγειν ὥς ναί, καλέ, κακὰ τὰ ὧδε, καὶ εὐθὺς ἀναπηδῶν μετεκάθιζεν εἰς ἄσυλόν τινα σκιατραφίαν καὶ ἄσκυλτον, πρὸς τὸν εὖ ἔχοντα τοῖχον μεταρρέπων, ὅ φασι, καὶ ζῆν κυρώσας ἔξω βελῶν.

288 Καὶ τοιοῦτον ὄντα ἐκόλαπτον ἐς καρδίαν αὐτὴν οἱ τρῶ-

bat braccis et calceis puerilibus vestitum; caput quoque more Ibero peregrinus tegebat pileus ruber: quem barbari et fabricantur et quo ipsis placet nomine appellant, plicatum et compositum ceteroquin, circa faciem protentum et pronum ad solem defendendum: ita ut sic quoque militiam Davides, tanquam umbratilis homo, quasi abiuraret. pompae talibus viris laetantur; conciones eius generis vestitum norunt; sponsus ita ad mollitiem licet effeminetur. arcum sicubi ille tractabat, crederes tanquam ab emturo tentari, si videres, quam perite intenderetur. ex arce unam misisse sagittam in obsidentes, et unum funda excussisse lapidem fertur; deinde etiam suasisse militibus arcis praesidiariis, ut calceorum sutores increparent circumsidentes Latinos, quos tam belle repelleret, perniciem nobis suentes et irridentes propter ea, quae audirent. dicebant etiam cavillatores quidam, eundem intra moenia humi in umbra sedentem, quum extrinsecus tela intenta videret, dicere solitum esse, "haud tuta, amice, haec sunt," et illico prosiluisse et discessisse in umbram tutam et otiosam, reclinantem, ut aiunt, ad murum bene firmum, et extra telorum iactum saluti consulentem.

Ac talem hominem venerabantur pectora plangentes blandi ne-

κται ἄρεσκοι, καθαρώτερον δ' ἐκφῆναι, οὐκ ἀνίεσαν θωπεύοντες οἱ τὴν κολακείαν περίεργοι. καὶ ἔρρεπε πρὸς αὐτοὺς τῷ κούφῳ ἡ πλάστιγξ, κῆρας ἔχουσα κατὰ τὰς ποιητικάς, νευούσας εἰς Τάρταρον. οἳ δὴ καρδιοκολάπται κόλακες καὶ παρηύγαζον ἐν σφίσιν αὐτοῖς κατὰ τῆς πόλεως μῖσος, οἷς τῷ τὴν πόλιν μισοῦντι κακοήθως συνδιετίθεντο. καὶ ἦν ἐπ' αὐτοῖς τὸ τοῦ Παιανιέως ῥήτορος, ὅπερ ἐκεῖνος περὶ κλοπῆς γνωματεύων κυκλικῶς περιήγαγεν, ὧδέ πως παρατεκτήνασθαι· σοὶ μέν, ὦ Δαυΐδ, προδοτικὸν τὸ φιλικόν, εἴπερ ἦν ὅμοιόν σοι.

Ἆρα δὲ οὕτως εἰρηναῖος ὢν ἐπέτρεπεν ἄλλοις ποιεῖν τὸ δέον εἰς μάχην; οὔκουν, ἀλλ' εἰς παντελὲς καὶ αὐτὸς τὸν Ἄρην ἐπέδησεν ἔν γε ἡμῖν, οὐκ οἶδα τίς ποτε τῶν ἐξ Ἀλωέως ὤν, τάχα δ' ἂν Ἐφιάλτης εἴτ' οὖν Ἐπίαλτος, ὁ παρὰ τοῖς Ἀσκληπιάδαις ἐπαχθῶς τοὺς ἀνακειμένους βαρύνων, οἷα καὶ πνιγαλεὺς ὁ αὐτός. ὦτος γὰρ οὐκ ἂν λεχθείη ὃς οὐδενὶ τῶν εὖ λεγόντων ἐδίδου ὦτα, εἰ μὴ ἄρα κατά τι σκῶμμα παροιμιῶδες τὸ ἐπὶ εὐηθείᾳ· τοιούτους γὰρ τοὺς ὤτους καὶ ὄρνιθας ἡ παροιμία ἔχει δοκιμάσασα. οὔτε τοίνυν αὐτὸς ἤθελε δραστήριος εἶναι, καὶ τοὺς λοιποὺς δὲ ἀπεκώλυε, κατάγχων εἰς βίαν. ἐκδρομὴν γοῦν θέσθαι τὴν τυχοῦσαν κατὰ τῶν ἐχθρῶν εἰς τοσοῦτον ἐδέησεν ὥστε, οἶμαι, ὁ Σικελός, εἴπερ εἶχε μυκτῆρά τινα νεύοντα πρὸς ἀστεϊσμόν, εἰς εὐεργέτην αὐτὸν προσεποιήσατο ἄν, ἐπείπερ οἷα καὶ ὀφθαλμοῦ κό-

18. ἔχοι T

bulones, vel, ut planius dicam, haud cessabant illi adulari assentationis artifices. inclinabatur autem sensim in illos trutina, cui parcae secundum poetas impositae erant, ad orcum spectantes. qui quidem adulatores et refulgebant ipsi odium urbis, secundum ea, quae cum hoste illo civitatis turpiter pacti erant, et poterat in eos dictum illud oratoris Paeaniensis, quod ille de furto sententia quasi in orbem flexa pronuntiavit, ita transferri: prodendi tibi, Davides, amici erant, si tui similes erant.

Num igitur ille, ita ipse amans otii, aliis mandavit ad bellum necessaria? minime vero; quin imo Martem ipse inter nos constrinxit, nescio quis e filiis Alois, Ephialtes forsitan sive Epialtus, qui apud Asclepiadas vehementer angit dormientes, utpote incubo idem Otum enim non appellaverim eum, quippe qui nemini bene suadentium aurem praeberet, nisi forte secundum facetum quoddam in stultitiam proverbium. tales enim otos et aves proverbium illud significat. ergo ille strenue agere nec ipse volebat, nec ceteros patiebatur, vi cunctos coercens. eruptionem certe in hostes qualemcunque facere adeo debebat, ut Siculus, si nasum ad facetias proniorem ha-

ρην ἐκείνῳ διεφυλάξατο τὴν στρατιάν, ὡς μηδένα γοῦν ἐξ αὐτῶν ἀπολέσθαι τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον, εἰ καὶ στρατιῶταί τινες, οὐχ ἥκιστα δὲ τὰ τῆς Θεσσαλονίκης τέκνα, οἱ μετὰ τοὺς φυγάδας περίλοιποι, ἀπολεοντωθέντες οἷον τῷ ὑπὲρ τῆς πατρίδος θυμῷ, δεινὰ ἐποίουν ὁσημέραι κατὰ τῶν πολεμίων, ὡς οὐκ ἄν τις ἐλπίσειε, δραστηριούμενοι.

Καὶ εἶδεν ἄν τις ἐνταῦθα πονηρίαν ἀνδρὸς φαύλου καὶ σοφιστείαν βύθιον. παρακλητευόμενος γὰρ ἀνοίγεσθαι τὰς πολιτικὰς πύλας ἐπὶ πολέμῳ καὶ μὴ ὑπακούων, εἶτα καί τινα σφοδρότερα μανθάνων καὶ ὁ αὐτὸς αὖθις μένων, καὶ ἀνακρινόμενος ἐφ' ᾧ τῶν πολεμίων οὕτω φείδεται, πρῶτα μὲν προβάλλεται βασίλειον τηρεῖν κέλευσμα, καστροφυλακεῖν ἐπιτάσσον αὐτῷ. μανθάνων δὲ ὡς οὐ τοῦτό ἐστι καστροφύλακα εἶναί τινα, τὸ ἔσω τείχους ἐγκεκλεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ πάντα ποιεῖν δι' ὧν ἂν τοὺς ἐχθροὺς βλάψειε καὶ τὸ κάστρον οὕτω φυλάξειεν, εἰ μή τις καλοίη καὶ οἴκου ἢ ἀμπέλου ἢ νεὼς φύλακα τὸν ἔσω ἐγκορδυληθέντα καὶ οἰκουρικῶς καθήμενον, εἴ τί που δὲ ἔξωθεν ἐπίβουλον, ἀλλ' ἐκεῖνο ἀφιέντα εὖ ἔχειν ἕως καὶ ἐντὸς παρεισδύσεται ὀλέθριον, — ὁ δὲ δικαιολογεῖσθαι τοῦ λοιποῦ ἀφεὶς διέβαλλε, λέγων δεδιέναι μὴ τὸν πηλὸν ἀφεθέντες τινὲς προελθεῖν ἐκπετασθήσονται εἰς τὸ φυγεῖν, καὶ οὕτως ἐπὶ πλέον λειπανδρήσῃ τὰ τῆς πόλεως. καὶ ἐδυσχέραινον μὲν οἱ ἀγαθοὶ στρατηγοὶ ἀκούοντες τοῦτο καὶ οἱ στρατιῶται, ἔφερον δ' ὅμως εἰ σώματι πόλεως καλῷ φαύλη

buisset, inter amicos eum numeraturus fuisset, siquidem ille exercitum eius tanquam pupulam servabat, ut nemo hostium periret, quantum quidem in ipso esset. namque milites quidam, iuvenes Thessalonicenses maxime, qui post profugos illos reliqui erant, animis pro salute patriae leonem instar animosis, graviter quotidie hostes affligebant, audere parati, quod nemo crediderit.

Atque erat tum videre ignaviam et occultam astutiam hominis nequam. invitatus enim, ut portas urbanas bello aperiret, nec tamen obediens, deinde etiam graviora quaedam expertus, sed rursus loco suo manens, rogatusque postremo, quare ita parceret hostibus, primum quidem mandatum imperatoris observare se fingit, quo castra custodire iubeatur; mox autem, quum edocetur, non esse illum castrorum custodem, qui intra muros se contineat, sed qui omnia faciat, quibus hostis affligi possit, et ita castra tueatur, nisi forte quis aedium aut vitis aut navis custodem nominaverit, qui intus involutus et segnis desideat, atque si quid foris insidiarum immineat, illud negligat, donec irruperit pernicies — tum vero ille disputare iam distulit, atque timere se ait, ne, si faecem civitatis adversus hostem

ἐφίσταται κεφαλή, καὶ οὐκ ἐτόλμων ἐγχειρεῖν λύειν τὴν ἐπιτεταγμένην ἁρμονίαν αὐτοῖς, πειθαρχοῦντες οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ. ἀλλ' ὅτε ποτὲ καὶ αὐτὸς ἐκύρωσε πειθοῖ εἶξαι, ῥαδιουργεῖ οὕτω. τοῦ Χούμνου τεθαρρηκότος ἅμα τῷ περὶ αὐτὸν στρατιωτικῷ λάχει ἐπεισπεσεῖν τοῖς ἐκ τῶν ἑῴων πυλῶν πολεμοῦσι, καὶ ἐγκεχειρηκότος οὕτως, εἰ καὶ δυστυχῶς ἀπέβη τὸ τέλος διὰ φαυλότητα τῶν συναραμένων αὐτῷ τῆς μάχης, καὶ ὀχλούντων τῶν τε ἐπηλύδων στρατιωτῶν καὶ τῶν τῆς πόλεως δὲ τέκνων, ἃ ταύτῃ περιελείφθησαν μετὰ τοὺς φυγαδίας, κατὰ σπουδὴν ἐκδραμεῖν ἐπὶ τοὺς πολιορκοῦντας διὰ τὸ τοὺς Λατίνους ὅλους γενέσθαι τοῦ ἀντιχωρῆσαι κατὰ τοῦ Χούμνου, αὐτὸς μόγις ἀνοίξας τὰς πύλας καὶ ἀφεὶς δῆθεν ἐκδρομὴν προβῆναι τὴν ζητουμένην, εἶτα συνέκλεισεν ὄπισθεν αὐτῶν, ὡς μόλις δυνηθῆναι τοὺς ἐξελθόντας ἔσω γενέσθαι [τὰ] τῆς πόλεως, κἀντεῦθεν ἐκείνους δεινὴν οὕτω ποινὴν τοῦ θαρσεῖν τινυμένους διομόσασθαι ἡσυχάζειν τοῦ λοιποῦ καὶ μὴ βιάζεσθαι τὰ μὴ δυνατά, ἔνθα θεὸς ἄλλα βούλεται.

Οὐκ ἂν δὲ εἴη πάρεργον ἐνταῦθα προσιστορῆσαι πρὸς θαῦμα τοῦ στρατηγοῦ καὶ ὅτι, τοῦ κατὰ τὸν Χοῦμνον πολέμου ἔξω τότε ῥαγέντος καὶ τοῦ πράγματος διηκουσμένου καὶ εἰς αὐτόν, αὐτὸς ἀφεὶς διπλῶσαι τοῖς βαρβάροις τὸν κίνδυνον, εἴπερ ὁ Χοῦμνος μὲν ἐκεῖθεν πονοῖτο αὐτὸς δ' ἐνταῦθα καταστρατηγοίη, ὡς ἂν κακεῖς ἑκατέρωθεν ἐναποληφθὲν τὸ

emiserit, in fugam illi vertantur, atque ita etiam magis civitas deseratur. aegre quidem ferebant talia boni duces ac milites, sed ferebant tamen, quod corpori civitatis pulcro malum impositum caput esset, nec tentabant ordinem constitutum tollere, obediebantque, haud sane salubriter. quum autem aliquando statuisset obedientem se praestare, sic temere egit. quum Chumnus cum cohorte sua hostes ad portam orientalem constitutos adoriri auderet, conareturque quamquam res infeliciter evenit propter ignaviam comitantium illum militum et turbas tum a peregrinis tum a civitatis liberis, qui post ceterorum fugam reliqui erant, excitatas) ferociter procurrere adversus obsidentes Latinos, qui totos se illi obiecerunt, Davides portam vix apertam, ut emitterentur, qui eruptionem facturi erant, statim post eos rursus clausit, ita ut vix possent, qui exierant, intra moenia reverti, iurarentque, post talem virtutis suae poenam, posthac se quieturos nec iam conaturos, quae nefas esset, quando deus decrevisset alia.

Haud alienum videtur, quo cognoscatur mirum ducis ingenium, adiicere, quod, dum Chumnus extra moenia deproeliatur atque rei nuntii in urbem afferuntur, ipse barbaros duplici cingere discrimine, si, dum Chumnus illinc hostem urget, hinc ipse institisset, ut utrimque

βάρβαρον καὶ κατά τε στέρνων καὶ κατά τε νώτων πληττόμενον καὶ βαλλόμενον ὀχλοῖτο, οὕτω γοῦν στρατηγεῖν ἀφεὶς ὡς ἔπρεπε, πομπικῶς ἄλλως διέκειτο. ὕψιστος γὰρ ἐν τῷ ἑῴῳ γηλόφῳ τοῦ καθ' ἡμᾶς Ζαβαρείου ἐπανηγύριζε, θεωρικῶς τὴν τῆς μάχης ἐκείνης γνωματεύων διάθεσιν, ἣν ἐγειρομένη κόνις ὑπὸ τῶν τρεχόντων καὶ ἀντιτρεχόντων ἐσήμαινε. καὶ οἷα μὲν αὐτὸς τότε εὔχετο ἂν ἢ κατεύχετο, οὐδεὶς ἂν εἰδείη μαθών· ἐκεῖνο δὲ δῆλον, ὡς ὤκνει κἀνταῦθα τοὺς Λατίνους ὀχλῆσαι καί τι σκύλας ἀπασχολῆσαι τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου, ὡς οἷα τάχα που δεδιὼς μὴ καὶ ἐπικαλέσωσιν ὡς δι' αὐτὸν δίπαλτοι τὸ Ῥωμαϊκὸν αὐτοῖς ἐπετέθησαν στράτευμα. καὶ ἔπασχε μὲν τηνικαῦτα μυκτῆρα ἐκ τῶν γυναικῶν,
289 *ὅτι καθελὼν ἐκείνας τοῦ ἄνω ἐκεῖ ἑστάναι αὐτὸς οὐ κατά τι αἴσιον ἀναβαίη, γυναικεῖον τόπον ἀναπληρῶν· ἦν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ἐκ τῶν γυναίων μῶμος ὡσεὶ οὐθέν. πόθεν γὰρ εἶχε γνοὺς ἐννοήσασθαι ὡς πολλοὶ γυναικῶν ὀνειδισμοὶ σφαλλομένους ἄνδρας ἀνώρθωσαν, βαρβαρικούς τε καὶ Ἕλληνας; καὶ ἔχομεν καὶ ταύτην βλάβην ἐξ αὐτοῦ μεγάλην καὶ προφανῆ· ἐπάθομεν γὰρ αὐτῶν Λατίνων ἐξαγγελόντων ὡς, εἴπερ τὴν ὥραν ἐκείνην καθ' ἣν ὁ Χοῦμνος αὐτοῖς ἐπέθετο ἐνεπήδησαν οἱ τῆς πόλεως περὶ τὸν ναύσταθμον, τάς τε μηχανὰς ἁπάσας εἷλον ἂν καὶ τὸ στρατόπεδον ἀπήγαγον, ἐμπρήσαντες καὶ νῆας ὅσας ἐξεγένετο ἂν αὐτοῖς.*

periculis barbari circumdati, adversi et aversi feriendo iaculandoque premerentur: quod igitur hoc ita administrare, ut decebat, neglexerit, ac vana se delectaverit pompa. escendit enim in collem orientalem Zabarii nostri, concionatusque ibi artificiose disputabat de pugnae illius administratione, quam sub adorientium et resistentium pedibus excitatus pulvis indicabat. quae ille tum precatus aut imprecatus sit, nemo novit: hoc manifestum est, cessasse eum tum Latinos lacessere et vexando nos levare parumper ab eo bello, quippe qui vereretur haud dubie, ne se accusarent, quod ipso auctore Romani ancipitem sibi exercitum immisissent. atque risui tum erat mulieribus, quod, semet inde deductis, ipse ascendisset, id quod minime decebat, in locum muliebrem. enimvero ludibrium mulierum quoque ille nihili aestimabat. unde enim cognitum habuerit, crebro labantes viros, et barbaros et Graecos, opprobriis mulierum erectos esse? habemus autem hanc quoque eiusdem ignominiam et magnam et manifestam. nobis etenim ipsi Latini narrarunt, si tum, quum Chumnus illos invaderet, nostri milites naves in portu congregatas adorti essent, capturos eos fuisse cunctas machinas et exercitum fugaturos, combustis etiam, quot ipsi possent, navibus.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον ἡμῖν ἐπῆλθε μαθεῖν· ὁ δὲ στρατηγὸς τέως μεθώδευεν ἀσκύλτως τὰ ἑαυτοῦ καὶ ἐνετρύφα τῇ ἀρχῇ, καὶ παρακαλούμενος εἰς ἔργα φιλοπονικῶς αὐτὸς ἑώρταζε τὸ ἀπορραθυμεῖν καὶ ἀναπίπτειν καὶ ἀνίεσθαι καὶ καταπροΐεσθαι τὰ ἡμέτερα μίσει τῷ κατὰ τοῦ βασιλέως, κάκιστα μέν, ἀνθρωπίνως δ' οὖν, ἰδίου κακοῦ τοῦ κατ' αὐτὸν τὸ καθ' ἡμᾶς κοινὸν ἀλλαττόμενος, καὶ τὴν τοῦ Σικελοῦ τῆς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου προτιθείς, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, τοῦ κατὰ Χάρυβδιν σκοπέλου τὸν ἕτερον ἀνθαιρούμενος. καὶ ὤχλει μὲν αὐτὸν εἰς τὰ καλὰ καὶ ὁ σεβαστὸς Ἰωάννης ὁ Μαυροζώμης, ἐν τῷ ἐκ Πελοποννήσου ἀναβαίνειν μετὰ στρατοῦ παραμείνας ἐνταῦθα, οὔτι κατ' εὔνοιαν μάλα τῶν καθ' ἡμᾶς, ὡς ὑπενόουν πολλοί, ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς πρόφασιν, πρὸς ἀλήθειαν δὲ πόθῳ καὶ αὐτὸς τοῦ βλέπειν, οὗπερ ἐκπεσεῖν — μή τι δὲ ἄρα καὶ τοῦ ζῆν — φόβον εἶχε καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ Ἀνδρονίκου, ὡς λόγος ἔρρεε. καὶ ὅμως ἐλάλει καλὰ καὶ ἤλεγχε τὸν στρατηγόν, ὅπως ἂν καὶ διέκειτο. ὁ δὲ οὐδ' αὐτοῦ ἐπίστροφος ἦν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδενός, ἓν ἐκεῖνο σκέμμα στήσας ἐν ἑαυτῷ, τῇ Θεσσαλονίκῃ συγκατοιχήσεσθαι δέει τοῦ Ἀνδρονίκου. καὶ μὴν εἶχεν ἂν ἐγγύην ἐπινοήσασθαι ὡς, εἴγε σώσει τὴν πόλιν, ἐκμειλίξεται τὸν ἄγριον οἷα πεπιστωμένος εἶναι ζῆν ἄξιος. ἀλλ' οὔτε τὸν τοῦ βασιλικοῦ ἤθους εὔριπον ἐθάρρει στήσεσθαι ἂν ἐπί τινος

Sed illud quidem ut comperiremus, postea nobis contigit. tum autem dux iste nulla re turbatus sua commoda quaerebat, imperium negligebat, adhortansque ad strenue laborandum alios, ipse otio, inertia et ignavia feriebatur prodebatque res nostras, odio imperatoris commotus, pessime quidem, sed humane tamen, privatum suum incommodum nostro depellens communi, atque civitatem Siculi praeponens civitati magni Constantini, et quasi, ut quis dixerit, prae Charybdi alterum praeoptans scopulum Scyllam. atque turbat eum in pulcris illis inceptis Ioannes Maurozomes quoque, sebastus, qui e Peloponneso rediens cum exercitu hic constiterat, minime quidem nostri admodum gratia, ut multi opinabantur, sed illud quidem simulans, revera amore oculorum commotus, quas ne per Andronicum amitteret — ne dicam vitam — etiam illum metuere fama manabat. nihilo tamen minus bona verba dabat, redarguebatque ducem nostrum, quo iste ingenio esset. at ille ne hunc quidem respiciebat, ut neminem alium, hac una re sibi tanquam scopo proposita, ut cum Thessalonica periret, metu Andronici. et tamen urbe servata quasi pignori quodam confidere poterat, placaturum se esse illius ferociam, si ita se vita haud indignum praestitisset. enimvero nec sperabat, aestuan-

καλοῦ, καὶ αἱ ἁμαρτίαι δὲ ἡμῶν ἀπήγαγον αὐτοῦ τὴν τοιαύτην ἔννοιαν.

Καὶ ὧδε μὲν ἡ κεφαλὴ τῆς πόλεως· τὸ δέ γε λοιπὸν ἅπαν σῶμα πάντῃ διάφορον ἦν, ἑτεροιούμενον εἰς ἀγαθόν. καὶ οἱ μὲν ἔξωθεν στρατευσάμενοι οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν ὡς τὸ ἀρεϊκὸν ἐψεύδοντο, οἷς ἐνέπρεπον καὶ οἱ ἐξ Ἀλανῶν καὶ εἴ τινες Ἴβηρες. οἱ δὲ τῆς πόλεως ἰθαγενεῖς, τὸ γνήσιον τηροῦντες φιλόπατρι, οὐ πολλοὶ μὲν ἦσαν· τὸ γὰρ πλεῖον ἀνέμοις ἑαυτὸ ἐπιτρέψαν ᾤχετο, καὶ μάλιστα τὸ προέχον κατά τε χεῖρα, ὡς ἐρρέθη, καὶ τὸ δύνασθαι τὸ ἐλέγχειν τὸν στρατηγὸν καὶ συμμετάγειν εἰς τὸ καλόν. καὶ εἶπεν ἄν τις ἀνθρώπους τούτους, τοὺς ὑποστάντας παραμεῖναι τῇ πόλει, οὐκέτι πολιτικοὺς καὶ ἡμετέρου βίου καὶ οἰκοδεσποτίας, ἀλλὰ ληστείας καὶ θηριωδίας καὶ ἐμβριθοῦς ἀγριότητος. ἦσαν γὰρ ἀληθῶς θυμοῦ τοῦ ὑπὲρ πατρίδος ἀκρατεῖς, ἄνδρες κατορθωμάτων, ἀνδρίας γέμοντες, ἀλκὴν πνέοντες, πεπλασμένοι πρὸς ῥωμαλεότητα, διψῶντες μάχην, κατὰ βαρβαρικῶν σαρκῶν πεινῶντες, φάναι τὸ πᾶν, ἀρειμάνιοι· οἱ οὕτως ἐξελάθοντο τῶν ἄλλων ὡς μόνου γενέσθαι τοῦ πολεμεῖν, καὶ τῆς κατ' οἶκον τύρβης ἀνθελέσθαι τὸν ἐπὶ τοῦ τείχους κίνδυνον.

Οὐ τοίνυν ἄνδρες μόνοι ἀλλὰ καὶ γυναῖκες πρὸς Ἄρην ἐμαίνοντο. καὶ ὅσαι μὲν λίθους παρεφόρουν ταῖς τε ἄλλαις μηχαναῖς καὶ τοῖς σφενδονῶσι, καὶ ὅσαι ὑδροφόρουν ἀκμά-

tem imperatoris animum sedari posse virtute aliqua, et errores nostri a tali illum consilio prohibebant.

Tale igitur civitatis caput erat. reliquum corpus universum quacunque diversum erat, in bonam partem varians. nam illi quidem, qui extra urbem militiam agebant, nemo dixerit, quantopere Martem fefellerint, in quibus et Alani eluxerunt et Iberes nonnulli. verum nobiles viri civitatis, qui innatum hominibus amorem patriae servarent, haud multi erant; plerique enim ventis se commiserant profugi, ii maxime, qui et manu pollebant, ut supra dictum est, et reprehendere atque reducere ad bonam frugem praefectum potuissent. atque credidisset quispiam eos, qui in urbe manere sustinuerunt, non iam cives et nostrae vitae homines et patres familias, sed praedones esse bestiarum instar feroces. erant enim revera amore patriae indomito, strenui, virtutis pleni, fortitudinem spirantes, manu promti, pugnae sitientes, barbararum carnium esurientes, ut uno verbo dicam, furore Mavortio acti: qui reliqua omnia ita obliviscebantur, ut nihil nisi pugnas meditarentur, et turbis domesticis anteponerent pericula moenium.

Nec vero viri tantum, sed etiam mulieres furore agitabantur Mavortio: atque illae quidem, quae saxa quum reliquis machinamentis

ζουσαί τε καὶ νεάνιδες, καὶ μὴν καὶ ὅσας τὸ γῆρας ἤδη καταργεῖν ἐποίει τὰ ἔργα συγκεκυφυίας ἔνθα τὸ τέλος πεσούμεθα, αἳ τοιαῦται δόξαιεν ἂν οὐδέν τι μέγα ποιεῖν, εἰ καὶ ἐποίουν, τὸ δύνασθαι βιαζόμεναι καὶ δι' ἡμέρας πονούμεναι. ὅσαι δὲ καὶ πρὸς ὁπλισμὸν ἐρρύθμιζον ἑαυτάς, ῥάκη καὶ ψιάθους ἐναπτόμεναι ὡσεὶ καί τινας θώρακας, καὶ τὰς κεφαλὰς μίτραις εἰς ἕλιγμα διαλαμβάνουσαι, εἴ πως στρατιῶται εἶναι σοφίσονται, καὶ λίθους ἐπισαττόμεναι ἀγαθοὺς ἐκ χειρῶν ἀφίεσθαι τοῦ τείχους ἐγίνοντο, καὶ ὡς εἶχον ἔβαλλον τοὺς ἐχθρούς, — ἀλλ' αὗται τὴν Ἀμαζόνειον ἱστορίαν συγκροτοῦσι καὶ οὐκ ἀφιᾶσιν ἐκείνην ἐλέγχεσθαι. καὶ τὰς παλαιὰς δὲ διακρούονται παρευδοκιμοῦσαι, ἃς οἴδαμεν κουραῖς κεφαλῶν ἐπικουρεῖν τοῖς πατριώταις, σχοινοπλοκοῦσι κατὰ πολέμου ἀναγκαίως ἐκ τοιούτων τριχῶν· οὐ γὰρ τρίχας αὗται ἀλλὰ ψυχὰς προΐεντο. ἰδὼν ἂν Σολομὼν αὐτὰς συγκατέγραψε τῇ παρ' αὐτῷ ἀνδρικῇ γυναικί, προσαπορήσας, εἰς ἣν προυβάλετο ζήτησιν. καὶ ἦν εἰπεῖν τότε τοὺς ὁρῶντας τόν τε Δαυῒδ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν Δαυϊτικοὺς (ἦσαν γάρ, ὅσοι εἰς ταὐτὸν ἐκείνῳ ἐνόουν, κακὰ φρονοῦντες, ὁποῖα τὰ τῶν κοράκων κολάκων· οἵπερ ἐπαίνους κρώζοντες, ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἀφραίνων ἦν, ἐφύσων εἰς μεγαλειότητα) ὡς αἱ μὲν γυναῖκες ἡμῖν ἄνδρες ἐγένοντο, γυναῖκες δὲ οἱ ἄνδρες οἱ δαυϊδίζοντες.

tum fundis suggerebant, aut aquam apportabant, adolescentes illae et puellae, quin etiam quae aetate provectiore ad opera infirmiores factae et curvatae erant, ad sepulcrum quasi proclives, eae videbantur nihil magnum facere, etiamsi faciebant, quantum poterant, fatigantes se et toto die laborantes. quotquot autem ad proelia se accingebant, pannis et tegumentis iuncosis tanquam lorica corpus indutae, et caput fasciis tortis vinctae, quo militiam parare possent, undique advectos lapides de muro coniiciebant, et eo, quo erant, habitu hostes lacessebant — illae vero Amazonum historiam comprobabant, nec eam refutari patiebantur; ac reprimebant obscurabantque veteres illas, quas crinibus suis subvenisse civibus traditum est, qui funes ad bellum necessarios ex illarum capillis texuerunt. ipae enim non crines, sed animas profundebant. quas si Solomo vidisset, composuisset eas forti illi mulieri suae, dubius praeterea de quaestione, quam sibi proposuit. ac dicere tum poterat, qui Davidem et qui eum sectabantur Davidicos videret (erant enim, qui cum illo sentiebant, malevoli, ut consueverunt cornices adulantes: qui laudes crocitantes, quibus ille insaniebat, ad superbiam eum inflabant), mulieres nobis viros factas esse, viros autem, qui Davidi adhaerebant, mulieres.

Τί δέ; τὸ μὲν λαϊκὸν σύστημα τῆς πόλεως οὕτω πονούμενον ἦν καὶ ὑπὲρ ὃ πεφύκει· τὸ δὲ τῆς λοιπῆς μερίδος ἐμιμεῖτο τὸν στρατηγόν, καὶ τοῦ ἀκούειν μόνου ἐγίνετο καὶ ὁρᾶν; οὔκουν οὐδ' αὐτὸ ἀεργοὺς εἶχε τὰς χεῖρας, ἀλλ' οἷον ἐκλαθόμενον ὡς οὐδέ ποτε αὐτοῖς ἔξεστιν ἀνδράσιν
290 *αἱμάτων εἶναι, μετεχρώζοντο, ἐπικρύπτοντες μὲν τὸ βαθὺ ἀποστολικόν, ἐπιπολάζοντες δὲ τὸ κοσμικώτερον. καὶ ἦσαν καὶ ἐξ αὐτῶν ὀχλήσεις τοῖς πολεμίοις οὐκ ἀγεννεῖς· ὅ ποθεν γνόντες ἐκεῖνοι κακῶς ἐν τῇ ἁλώσει καὶ τοῖς τοιούτοις προσήγοντο.*

Τοιαύτην συντονίαν μάχης οἱ τῆς πόλεως ἥρμοττον, οὔθ' ἡμέρας διακοπτόμενοι οὔτε νυκτὸς ἀναπίπτοντες. ἐμάχοντο μὲν γὰρ πανημέριοι, παννύχιοι δὲ ἦσαν ἐν ἐγρηγόρσει, φυλακὰς ἔχοντες. ὃ καὶ ἔβλαψε τὴν πόλιν οὐχ ἥκιστα· οἱ γὰρ αὐτοὶ ἀνεξάλλακτοι τὸν ὅλον καιρὸν τῆς πολιορκίας πονούμενοι τέλος ἀπέκαμον, παρειμένοι καὶ τὰ νεῦρα καὶ τὰς ψυχάς. καὶ τὴν τελευταίαν ὅλην νύκτα, μεθ' ἣν ἡμῖν ὁ ἥλιος δυστυχῶς ἔλαμψεν, οὐκ εἶχε τὸ ἑῷον τεῖχος τοὺς φυλάσσειν ἐθέλοντας. καὶ οὐ μόνον διὰ τὴν ἐκ καμάτου πάρεσιν, ἀλλὰ καὶ διότι πρόληψις ἤδη ἅπασιν ἐνεγένετο ἐς αὔριον τὴν πόλιν ἁλώσεσθαι. καὶ ὡς οἷα καὶ εἰς κοινὴν ἦλθε τοῦτο ἔννοιαν, ὀψέ ποτε ἁπάντων ἐπεγνωκότων τὸν εἱρμὸν τῆς κατὰ τὸν στρατηγὸν ἀτρόπου Κλωθοῦς, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν πολεμίων τὴν προηγουμένην ἡμέραν ἀναβοώντων Στεντόρειον ἐν τῷ μα-

Quid igitur? numne pars civitatis laica ita laborabat et magis, quam pro virium modo, reliqui ducem imitabantur nec nisi spectabant audiebantque? illi vero nec ipsi compressis manibus sedebant, sed quasi obliti, haud licere sibi cruentis esse, speciem mutabant, abscondito habitu apostolico prolixo, et veste laica super induta. ac patiebantur ex iis turbas haud leves hostes: qui, re alicunde cognita, post urbem expugnatam male illos quoque tractarunt.

Ita proelia continua civitas serebat, nec interdiu cessantes nec noctu requiescentes. pugnabant enim toto die, tota nocte in stationibus vigilabant. quae res urbi perniciosissima fuit. etenim per omne tempus obsidionis iidem semper sine vicariis laborantes, postremo defatigati sunt, et arcu et anima remissis. itaque tota illa nocte extrema, post quam sol nobis infaustus luxit, non habuit murus orientalis defensores, quoniam non solum ex aerumnis vires defecerant, sed etiam cuncti iam praesenserant, postera luce urbem captum iri. ac subibat ea cogitatio quasi omnium simul animos, quum sero tandem cognovissent textam ab immutabili Clotho telam ducis, et ipsi adeo hostes die priori Stentorea voce conclamassent,

θεῖν (οὐκ οἶδ' ὅθεν) τὴν ἐς νέωτα καθ' ἡμᾶς βλάβην· λέγεται δ' ὅτι ἐκ προδοσίας τινός· οὐκ οἶδα μὲν ἀκριβῶς εἰ καὶ ἄλλης, ἐθνικῆς δὲ καὶ μάλιστα. καὶ ὁ μὲν εἰπὼν Λατῖνος ὡς ἐκ τοῦ κατὰ τοὺς βουργεσίους πύργου θέλημα ἐπέμφθη τοῖς ἔξω κατὰ τῶν τῆς πόλεως καὶ καταμήνυμα τῶν ἐντός, οὐκ ἂν ἀπιστοῖτο ἡμῖν τεκμαιρομένοις ἐξ ὧν ἠκριβώμεθα· τοιοῦτοι γάρ τινες πυργοφύλακες ἐπίτριπτοι, νεανίαι ἀδελφοὶ ἐκ Χονναβιτῶν, ἔχιδναι γεννηταὶ τῇ πόλει ταύτῃ κατ' αὐτὴν τὴν τῆς ἁλώσεως ὥραν κατήσθιον αὐτήν, καὶ αὐτοὶ ξίφη γυμνώσαντες καὶ κατατρέχοντες τὰς ἀμφόδους γνωστοὶ τοῖς βλέπουσι, πίστιν οὕτω διδόντες καὶ πρῴην ἐπίβουλοι εἶναι. καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ μετελεύσεται ἡ δίκη αὐτούς.

Καὶ ὁ μὲν τοιοῦτος Λατῖνος ὧδε συγκροτεῖται πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ἄλλως οὐχ οἷός τε ὢν ψεύσασθαι· ὁ δὲ Ἀβούδιμος Μανουήλ, ἀνὴρ ἰχθύων τιμῆς μελόμενος, νῦν μὲν ὠμογέρων, πάλαι δέ ποτε περιᾳδόμενος μέγας εἶναι τὴν χεῖρα καὶ βριαρὸς αὐτὴν κατενεγκεῖν τῶν ἀνθισταμένων, οὗ καὶ τὸ κατὰ σῶμα εὐσταλὲς ἔτι κατηγορεῖ τὴν ῥώμην ἣν λέγεταί ποτε πλουτεῖν ὁ ἄνθρωπος, αὐτὸς δὴ ἐφανέρωσε πρόδοτον εἶναι τὴν πανταχοῦ γῆς περιφόρητον τῷ κλέει Θεσσαλονίκην. οὔπω γὰρ ἀκραιφνὴς ἡμέρα ἡ κατὰ τὴν ἅλωσιν, ἀλλ' ἔτι νὺξ ἀμφιλύκη, καθ' ἣν ἔτι καὶ τὸ ἑῷον τεῖχος ἀπρόσβατον ἐχθροῖς ἦν, καὶ αὐτὸς τοῦ ὕπνου ἀνεθεὶς καὶ

cognita pernicie nobis propinqua: quam equidem nescio, unde cognoverint, sed dicunt proditionem factam esse, non ausim affirmare, an ab alio quoque, sed certe quidem ab homine peregrino. nam Latino cuidam, qui ex turri burgesiis opposita consilia adversus incolas et indicia rerum urbanarum obsidentibus missa esse affirmavit, fidem equidem haud derogaverim, rationibus adductus, quibus res manifesta fit. etenim versuti quidam turris custodes, fratres adolescentes e Chonnabitis, viperae pestiferae urbis huius, inter ipsam expugnationem diripiebant eam, strictis gladiis per vicos discurrentes, ac noti omnibus, qui eos viderent, fidem ita faciebant fraudis iam prius structae. nec fore spero, quin poena illos consequatur.

Ille igitur Latinus et testimonium hoc veritatis habet, nec videtur omnino mendax fuisse. Manuel Abudimus autem, vir piscariae praefectus, nunc quidem viridis senex, olim celebratus, quod manu fortis esset et graviter profligaret adversarios, cuius etiamnunc corpus vegetum quasi testimonium roboris est, quo quondam abundasse fertur, diserte declaravit, proditam esse urbem per totum orbem terrarum nobilem Thessalonicam. nondum enim plane illuxerat dies, quo urbs capta est, sed erat adhuc diluculum, nec dum in murum orientalem

τὴν οἰκίαν ἀφεὶς ὀπίσω, ἵνα ἔργων ἅπτοιτο, εὗρε πέντε ἄνδρας Ἀλαμανοὺς ἐνόπλους ἐφίππους, ὁμοῦ συνεστῶτας καὶ ὁμιλοῦντας τὰ σφίσι δοκοῦντα. καὶ ὁ μὲν παρῴχετο ἐκείνους ὁδοῦ λόγῳ, οἱ δὲ προσεκαλέσαντο, καὶ ὡς ἐπέλασεν αὐτοῖς, μετὰ πολλὰ τὰ ἐν μέσῳ ἀπήγαγον αὐτοῦ τὴν δεξιὰν χεῖρα δυστυχῶς τῷ ἀνδρί· γυμνώσας γὰρ εἷς ἐκείνων ξίφος καὶ καταγαγὼν ἀπήραξεν αὐτήν. οὐκ ἔσχε δὲ καὶ εἰς πλέον βλάψαι, πτερωθέντα οἷον εἰς φυγήν.

Τοιοῦτον καὶ τὸ τοῦ Ἀλαμανικοῦ τάγματος προδοτικόν, οὗ πρόδρομοι τὴν χθὲς δείλην τρεῖς τῶν δυσμικῶν πυλῶν τῆς πόλεως κατεπήδησαν καὶ πάντων τῶν ἐκεῖ βλεπόντων τοῖς βαρβάροις φιλίως σανέμιξαν. ἡ δὲ πρὸ δυοῖν ἡμέραιν τῆς ἁλώσεως περὶ πέμπτην τῆς ἑβδομάδος βαθείας ἑσπέρας ἐπιφάνεια Θεοφάνους τοῦ Προβατᾶ ἔσω πόλεως, ὃς ἐκ Δυρραχίου συνωμάρτει τοῖς Λατίνοις φίλιος, τίνας οὐκ ἂν εἰς νοῦν προδοτικὸν ἐναγάγῃ μαθόντας αὐτήν; ἣν Λέων τις ἵππων ἀγαθὸς μελετής, ὁ Ἁγιοευφημίτης, ἰδὼν καὶ περιεργασάμενος, καὶ θυμῷ μὲν βληθείς, οὐκ ἔχων δ' ὅ τι καὶ δράσειεν, ὡσιώσατο ἄμυναν τῇ πατρίδι, ἐξειπὼν τὸ κακὸν τοῖς μὴ τολμῶσι λαλεῖν τι πρὸς τὸν ἐπὶ δυσπραγίᾳ κοινῇ φοβερὸν Δαυΐδ.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως ἡμῖν ἀναγκαίως ἐπεμβεβλήσθω ἢ μάλιστα προειλήφθω. οἱ δὲ πολέμιοι στερεῶς κατὰ τῶν

accesserant hostes, quum ille e somno expergefactus et domo profectus, ut opem ferret, quantam posset, quinque equites Alemannos armatos invenit, qui constiterant et sermones inter se serebant. ille praeteribat eos viae intentus, sed revocatus, quum accessisset ad eos et multa cum iis egisset, dextram manum miserabiliter abscissam habuit. etenim unus ex iis stricto gladio eam amputavit. nec ille iam obniti poterat, sed celeri fuga salutem quaesivit.

Talis fuit etiam Alemannicae cohortis proditio, cuius praecursores tres vespera superiori de porta urbis occidentali desiluerant et in omnium, qui aderant, conspectu barbaris amice se immiscuerant. die autem ante captam urbem secundo, quinto hebdomadis, multa vespera in urbem advectus Theophanes Probates, qui Dyrrhachii Latinis amicum se adiunxerat, cui, quaeso, qui rem audiverit, suspicionem fraudis non iniiciat? cuius adventum quum sensisset et animadvertisset equorum praefectus diligentissimus, Leo Hapioeuphemita, sollicitus quidem animo, sed consilii inops, frustra patriae consuluit, re enarranda iis, qui non auderent quidquam enuntiare coram Davide, homine in communi calamitate timendo.

Sed haec quidem ita nobis necessario interposita vel potius prae-

ἑῴων μερῶν τῆς πόλεως τῶν κατ' αἰγιαλὸν ἕως καὶ τῶν κατὰ τοὺς ἀσωμάτους πυλῶν ἐπέκειντο· καὶ κατὰ τὴν πέμπτην καὶ δεκάτην, ὡς προέκκειται, τοῦ Αὐγούστου τὰς νῆας λιμενίσαντες, τῇ αὔριον πρωΐθεν ὧν ἐβουλεύσαντο εἴχοντο, καὶ ὀξυχειρίας ἐπιβαλόντες ἐποίουν τὰ τοῦ πολέμου. καὶ ἦν ἰδεῖν κατὰ τὴν Ἡροδότειον μοῦσαν νέφη βελῶν τῶν τε κατὰ πέτρας τῶν τε κατὰ ὀϊστούς, δι' ὧν ὁ ἀὴρ ἐσκιάζετο. καὶ ἐβάλλοντο μὲν καὶ οἱ ἐκ τῶν τειχέων (καὶ πῶς γὰρ οὔ; εἴγε ξυνὸς ὁ Ἐνυάλιος), ἐβλάπτοντο δὲ τῶν μὲν ἡμετέρων ἥκιστοι τῶν δὲ ἐναντίων πλεῖστοι. πάνυ γὰρ ἐδεξίωσεν ὁ θεὸς οὐ τοὺς στρατιώτας μόνους ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τέκνα τῆς πόλεως, οἳ καὶ βάλλειν τοὺς πολεμίους εὐτύχουν καὶ εἰς μῆκος δὲ πολὺ ὅσον ἀφιέναι τὰ βέλη, ὡς ἐντεῦθεν τοὺς ἐχθροὺς τοξότας ἀναποδίζοντας ἄπρακτα βάλλειν καθ' ἡμῶν ἐκ μακρᾶς ἀποστάσεως. ἀπὸ γοῦν τῆς χρυσῆς πύλης τῆς περὶ δυσμὰς ἀφιέμενα βέλη ἐκ τόξων ἐφύλασσον μετέωρον τὸ πτερὸν ἕως καὶ εἰς τὸ καλόν ποτε σεμνεῖον ὃ περιεῖπεν ὁ μυροβλύτης μέγας Νικόλαος, καὶ ἐνέπιπτον ταῖς τῶν βαρβάρων σκηναῖς, καὶ εὐθὺς ἐκεῖναι μεθίσταντο. ὅμοια δέ τινα ἐγίνοντο καὶ περὶ θάτερον μέρος, ἔνθα τὸ ναύλοχον· καὶ οἱ πλώϊμοι τὰς ἐπηρεαζομένας νῆας ἀνακωχεύοντες κατὰ σπουδὴν ἐξέστελλον.

Ὅτι δὲ ἐξέτρεχον οἱ ἡμέτεροι καταπηδῶντες ἐκ τῶν τει- 291
χέων, ὡς οὐκ ἂν εἰδείη ὁ εἰρηνικὸς στρατηγός, ψιλοὶ ὅπλων

cepta sunto. hostes interim acriter urbem inde a parte litoris orientali usque ad portas incorporalium premebant; atque die Augusti decimo quinto, ut supra dictum est, cum navibus in portum subvecti, et postero die prima luce facere aggressi, quae constituerant, strenue bellum parabant. atque videre poteras secundum Musam Herodoteam nubes missilium sive saxorum sive sagittarum, quibus aer obscuraretur. itaque feriebantur quidem etiam, qui in muro collocati erant, (quidni enim, siquidem Mars communis est?), sed vulnerati sunt paucissimi e nostris, ex hostibus plurimi. namque deus eximia dexteritate non solum milites instruxerat, sed etiam reliquos urbis incolas, qui et felicissime hostes attingebant et longissime iaculabantur, ut sagittarii hostium retrogressi incassum ex nimia distantia tela adversus nos coniicerent. a porta enim aurea, quae occidentem spectat, emissa arcubus tela sublimia ferebantur usque ad pulcrum quondam templum, quod unguentis manans Nicolaus nobilitavit, decidebantque in tentoria barbarorum, quae illico submovebantur. similia fiebant ex parte altera, ubi statio navalis erat; ac nautae naves laesas in altum subvectas confestim in tuto collocarunt.

Quomodo nostri de muro delapsi, ut non sentiret pacis amans

οἱ πολλοί, καὶ ἠνδραγαθίζοντο, ἐν οἷς καὶ παῖδες τοῦ μυροβλύτου ἄλλοι τε καὶ ἐκ τῆς τῶν Σέρβων τεθέντες αὐτῷ· καὶ ὅτι περιεφρόνουν τοὺς ἐχθρούς, καὶ ὡς ἐξ αὐτῶν βαρβαρικῶν σκηνῶν ἁρπάζοντες ἀπήλαυνον ζῶα, καὶ ὡς τοὺς ἀντεπεξιόντας ἠμύνοντο διώκοντες βάλλοντες ῥίπτοντες· καὶ ὅπως ἐντεῦθεν θυμὸς καὶ προθυμία τοὺς στρατιώτας ὑπεδύετο ἄπλετος, ὡς καὶ τὸν στρατηγὸν βαρύνειν οἷς ὤχλουν ἀφιέναι αὐτοὺς ἐξορμᾶν· καὶ ὡς ἐκεῖνος καθάπαξ ἐντυπωσάμενος ἐς ψυχὴν τὴν κατάδυσιν τῆς πόλεως οὐκέτι τὸ ἐμμαχθὲν ἐξαλείφειν ἤθελε· καὶ ὡς ἐκ τούτου ὁ πολέμιος ὄχλος ἐπὶ μᾶλλον θάρσυνος ἦν, καὶ ἐπὶ πλέον μάλιστα, ὅτε τοῦ Χούμνου συρρήξαντος πόλεμον, ἐξὸν αὐτοὺς βλαβῆναι πρὸς τῶν τῆς πόλεως, καθὰ προεκτέθειται, ὁ δὲ ἐφυλάξατο ὡς οἷα περιέπων αὐτούς, — τί δεῖ μακρότερον διαπεταννύειν εἰς συγγραφήν; βαρυνθείη δ' ἄν τις· καὶ ὅτι τοῦ τείχους ὑπονομευομένου κατημέλησεν ὁ Δαυΐδ, εἰς ὅσον καὶ ἀνάθεμα πρὸς τῶν θερμοτέρων καταψάλλεσθαι.

Οἱ μὲν γὰρ τρῶκται τοῦ τειχίσματος, εἰ χρὴ οὕτω φάναι, αὐτοὶ μὲν τῷ τείχει πελάσαντες καὶ συσκευασάμενοι γλύφειν, φραγνύμενοι δὲ κατόπιν τοῖς κάτωθεν ἀκροβολιζομένοις ἄνω, ἔργου ἥπτοντο ἐγκρατῶς οἷα ἐπισπέρχοντες τὸ γλαφύρωμα, ὡς ἂν καθυποδύντες αὐτὸ ἐμβαθύνωσι καὶ καθ' ἡσυχίαν διαμπερὲς τοῦ τειχισμοῦ ταχὺ τὴν συνέχειαν λύσωσι. καὶ ἤνυον τὰ τοῦ σκοποῦ. καὶ αἱ κεφαλαὶ μὲν αὐτοῖς καί τι

praefectus, plerique inermes, procucurrerint et dimicaverint strenue, in quibus etiam pueri Nicolai erant tum alii tum ex Serviis illi commissi; quomodo iidem hostes contempserint, ex ipsis barbarorum tentoriis pecora abegerint et obvios propulerint persequendo, iaculando, feriendo; quomodo alacritas et audacia inde milites ingens ceperit, ut etiam aegre ferret impetum, quo dimitti se cupiebant, praefectus; quomodo ille, semel decreto urbis interitu, non iam conceptam animo sententiam mutare voluerit; quomodo inde tumultus bellicus longe vehementior exstiterit, tum maxime, quum, proelio a Chumno commisso, vexari hostes possent ab urbanis, sicut supra expositum est, ille autem sibi caverit tanquam consulens civibus — quid haec, inquam, copiosiori narratione, qua quis gravetur fortasse, exponam? aut quid memorem, quod murum ab hoste subfossum Davides neglexerit, ita ut etiam execraretur a fervidioris ingenii hominibus?

Etenim moenium rosores, ut ita dicam, murum succedere et excavare aggressi, tecti a tergo ab aliis, qui e loco inferiore sursum iaculabantur, excavandi opus acriter urgebant, quo cavum subeuntes altius penetrarent et, muro per otium perfosso, compagem facile dis-

τῶν μεταφρένων ἐκρύπτοντο, ὁ δὲ λοιπὸς ἄνθρωπος ἑκάστῳ ἐκείνων ἔξω βραχὺ προυφαίνετο. ἐλάνθανε δὲ ἄρα τοῦτο τοὺς πλείονας, ἕως ὁ ἐν Θεσσαλονίκῃ Βασίλειος ὁ Τζύσκος κατακύψαι ἄνωθεν τολμήσας καὶ ἰσχύσας εἶδε τὸ πρᾶγμα. ὃς καὶ καρδιώξας ἔδραμε τὴν ταχίστην εἰς τὸν τοῦ στρατηγοῦ πρωτοθεράποντα, καὶ ἐκλαλήσας τὸ πρᾶγμα μετὰ οἴκτου προεκαλέσατο εἰς κωλύμην τοῦ κακοῦ. ὁ δέ — ὢ μαθητοῦ ἀγαθοῦ, ἐκμαξαμένου εὐφυῶς τὰ τοῦ καλοῦ στρατηγοῦ διδασκάλια — χρῆναι μεθίεσθαι ἀπεφήνατο μέχρις ἐς αὔριον, ἕως οἱ ἐχθροὶ ἐντὸς εἰληθέντες τοῦ τρυπήματος εἶτα τῷ ἐκ φρυγάνων καπνῷ ῥᾷον καταπνιγεῖεν ἐντός, ὅμοιον ὡς εἰ καὶ κυνηγέτης πρόχειρον ἄγραν ἔχων θέσθαι θηρίου ἐν τοῖς πεδινοῖς, ὁ δ' ἀλλὰ μεθεὶς καραδοκεῖ τὴν ἐν σπήλυγγι ἐκείνου κατάδυσιν, ὡς οὕτω μᾶλλον ἀγρεύσων ἐκεῖνο καθὰ καὶ μελίσσας ἔσω σμήνους οἱ περὶ ταύτας πονούμενοι.

*Καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ ἀρχιθεράπων μηχανικός· ὁ δ' ἀρχιτέκτων αὐτοῦ Δαυὶδ ἄλλως ἔπαιζε τὸ μηχανᾶσθαι, καὶ ἀκούων ὡς τρυπᾶται τὸ τεῖχος ἔξωθεν, "τρυπητέον" ἔλεγε "καὶ ὑμᾶς ἔσωθεν." καὶ εἰς τοσοῦτον χασμησάμενος ἐκάθητο τοῦ λοιποῦ χαῦνος, εἰκὼν ζῶντος, ἐμποδίζων οἷον ἰσχάδας καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν κωμικόν. καὶ τὴν γλῶτταν ὧδε σαλεύσας ἀτελεσφόρητα ἐῴκει, εἰ καὶ τὸ τεῖχος ἔξωθεν ἀκούσοι λίθοις βάλλεσθαι, εἰπεῖν ἂν ὡς βάλλετε αὐτὸ καὶ ὑμεῖς ἔσωθεν. ὢ

solverent. ac perfecerunt sane propositum. capita eorum ac terga abscondita erant, reliquum corpus uniuscuiusque eorum paulum eminebat. latebat hoc plerosque, donec Basilius Tzyscus, civis Thessalonicensis, deorsum inclinari feliciter ausus rem detexit. qui, quamvis torminibus cruciatus, confestim ad primum ministrum praefecti cucurrit, eumque, re cum lacrimis enarrata, ad impediendam calamitatem cohortatus est. ille autem — o discipulum praeclarum, qui tam callide didicisset eximii magistri praecepta — rem in posterum diem differendam esse respondit, donec hostes in cavum inclusi fumo sarmentis excitando facilius suffocarentur, plane ita ac si venator, cui in promptu sit, bestiam in planitie capere, dimittere eam et, dum illa in cavernam abierit, praestolari voluerit, melius scilicet ita eam capturus, sicut apes in alveis capiunt apiarii.

Talis igitur primus officinae famulus erat; magister autem Davides temere ridebat opus: qui ubi murum extrinsecus perforari audivit, "perforari illum," inquit, "etiam a vobis intrinsecus oportet." haec ille effatus, segnis sedebat, viventis imago, et quasi ficos prohibens, ut apud comicum est; ac dicere videbatur, qui ita temere linguam ciesset, quoties murum extra percussum audiebat: "quin vos eun-

παίγνια, δι' ὧν ἐσφαττόμεθα μὲν ἡμεῖς, αὐτὸς δὲ τὸν δύσνουν βασιλέα ἐξέφευγεν, ἄνθρωπος, ἐφ' οἷς ἔδει ἐγρηγορέναι, κατακείμενος καὶ κατὰ παλαιὰν ἀφέλειαν ὀνομάτων εἰπεῖν ἀναπεσᾶς. καὶ μὴν σκέψασθαι ἄλλως καὶ πάνυ ἑστὼς αὐτὸς ἦν καὶ νηφάλιος· ὃ γὰρ προὔθετο, ἔνηφε ποιεῖν καὶ οὐκ ἀνῆκεν, ἕως αὐτὸ τεχνικῶς ἀπετέλεσε.

Καὶ οὕτω μὲν προυδόθη τοῖς πολεμίοις καὶ ἡ τῶν λίθων τοῦ τείχους ἐπὶ κακῷ ἡμετέρῳ ὑπολάξευσις κάτω· αἱ δὲ ἐκ τῆς μεγάλης μηχανῆς πέτραι τάς τε ἐπάλξεις κατήρειπον καὶ ἐγύμνουν τὸ τεῖχος φυλάκων· πολλαὶ δὲ καὶ ὑπερπεταννύμεναι κατέπιπτον ἔσω, ποιοῦσαί τινα δεινὰ καὶ αὗται. διὸ καὶ τεῖχος ἕτερον ἀνταναστῆσαι μελετήσαντες καὶ ἤδη καὶ ἐγχειρήσαντες οἱ καθ' ἡμᾶς ἀπετρέποντο· ἐδεδίεσαν γὰρ οἱ τειχοποιοὶ τοὺς ὑπερτέλλοντας πέτρους, οὐ Ταντάλειον ταύτην φαντασίαν ὀνειροπολοῦντες, ἀλλὰ πρόοπτον ἔχοντες τὸ κακόν. ἔνθα καί τι γελοῖον συνέπεσεν, εἴ τι χρὴ τοῖς πικροῖς γλευκάζοντα συγκιρνᾶν εἱρμῷ τε ἱστορίας, καὶ ἵνα μὴ ὁ μανθάνων τὰ καθ' ἡμᾶς ἀκράτως παθαίνοιτο. ἦν μὲν γὰρ πολιτικὸν μυστήριον ἡ τοῦ τείχους ἀντανάστασις, ἐλαφρίαν δέ τις ἄνω παθὼν ἐξεβόησε τοῖς ἐχθροῖς ἄπρακτα μωροὺς ἐκείνους πονεῖσθαι κατὰ τοῦ τείχους, ἔσωθεν ἀντεγειρομένου ἑτέρου. ὃς δὴ λόγος καὶ μᾶλλον ἡμᾶς προσέβλαψεν. ἀραιὰ γὰρ τὰ πρὸ τούτου ἀφιέντες τοὺς τειχοσείστας λίθους οἱ ἔξω ἐπύκνουν αὐτοὺς ἔκτοτε, μεθ' ἡμέραν τε οὕτω βλάπτοντες

9. κατήρειπτον T

dem intus percutite." o ludum istum, quo nosmet mactabamur, ille infestum sibi imperatorem effugiebat, homo rebus, quibus invigilare debebat, indormiens et, ut cum antiqua verborum lenitate dicam, feriatus. et tamen ceteroquin ille prorsus vigil et erectus et sobrius erat. revera enim, quod proposuerat sibi, strenue agebat, nec quiescebat, dum sollerter perfecisset.

Ita igitur concessa est hostibus moenium ad perniciem nostram subversio; deiiciebantque ex ingenti machina coniecta saxa propugnacula, et murum defensoribus nudabant; multa etiam trans murum vibrata intra urbem decidebant, cladem ipsa quoque afferentia: unde alium murum nostri excitare conati et opus iam aggressi, deterriti sunt. metuebant enim operae saxa trans murum evolantia, haud somniantes illi inanem Tantali speciem, sed perniciem ante oculos cernentes. atque accidit tum ridiculum quiddam, si licet dulcia amaris miscere et interponere historiae, ne calamitatem nostram qui cognoscat, nimis doleat. erat secretum urbanum novi muri exstructio; sed temeritate quidam abreptus clamavit hostibus, stolidos

ἡμᾶς, καὶ οὐδὲ νυκτὸς βέλη ἀνιέντες διὰ τῆς μεγίστης μηχανῆς· καθ' ἧς ἡμεῖς λαλήσαντες ὡς δεινῆς, εἴ πως ἀποκρουσθείη μηχανικῶς τοῦ καθ' ἡμᾶς τείνεσθαι, ἐσοφίσθημεν εἰς μάθησιν ἐξ ἀγαθῆς κεφαλῆς, ἀκούσαντες ὡς πόλις ἐκ τοιαύτης πέτρας οὐ βλάπτεται. τί δέ; ἀλλ' ὠφελεῖται, ὦ σοφέ, μηχανὰς ἐξουθενοῦν. ἀλλὰ συνίσταται. οὔκουν πάντως; οὐκοῦν τὸ ἀνάπαλιν, εἴγε καὶ καταρρίπτεται οὕτω τὰ ἐρυμνότατα. εἴπομεν ἡμεῖς οὕτω, καὶ ὁ λόγος εἰκῇ ἀπέρρευσε καὶ αὐτός.

Καὶ ἐλύπουν μὲν τὴν πόλιν καὶ τὰ μικρὰ πετροβόλα, 292
οὕτω δεξιῶς βάλλοντα ὡς καὶ τοὺς μοδίους, οἳ πλοίων ὀϊστοῖς ἐνδεδεμένοι μετέωροι ἔκρυπτον ἔνδον ἄνδρας εἰωθότας ἐκεῖθεν καταπέμπειν τὰ βλάπτοντα, συνεχῶς εὔσκοπα βάλλειν καὶ κατακλᾶν, καὶ ἀγῶνα παρέχειν τοῖς μαχηταῖς ἐκεῖθεν διεκχεῖσθαι κάτω καὶ περισώζεσθαι. ἦσαν δὲ τὰ τοιαῦτα ὡσεὶ καὶ βέλη νηπίων πρὸς τὴν μητέρα μεγάλην μηχανὴν παραβαλλόμενα, εἴ τι χρὴ ἐκ τοῦ σοφοῦ στρατηγοῦ πορίσασθαί τι νόημα, ὃς τοὺς ἐκεῖθεν ἐπαφιεμένους λίθους τεθηπὼς τοῦ κτύπου "ἄκουε τὴν γραῖαν" ἔλεγεν, ἀπαθὴς οὕτω τι καὶ μέτριος ὤν, καὶ τὴν θρεψαμένην μαῖαν οἶμαι φαντάζεσθαι δοκῶν παθαινομένην ἐπ' αὐτῷ καὶ κλαίουσαν. λακωνίζων δὲ καὶ ἄλλως ἐκεῖνος τὴν φράσιν, ὡς ἐν μεταποιήσει κάμνει ἡ

illos nequidquam murum subruere, quum intus alius exsurgeret. quae verba rursus calamitatem nostram auxerunt. nam quum rara adhuc saxa in murum contorsissent obsidentes, hinc iam crebra torquebant, nec interdiu tantum nos vexabant, sed ne noctu quidem iaculari cessabant e machina illa ingenti: contra quam quum nos ut exitiosam disputaremus, si forte impediri posset, quominus adversus nos tenderetur, edocti ab ingenioso homine didicimus, urbem tali saxo nihil laedi. quid igitur? conducit certe, o bone, machinas evertere; conducit hercle. annon conducit, quando deiiciuntur etiam firmissima? disputavimus nos ita, atque incassum abiit oratio nostra.

Laedebant urbem etiam minora machinamenta, quae ita accurate iaculabantur, ut etiam dolia, quae navium malis sublimia alligata viros inclusos habebant, inde tela coniicere solitos, continuo ferirent et confrangerent, et molestiam exhiberent militibus, ut inde illi delabi et vitam servare festinarent. erant autem quasi tela infantium, si compararentur cum matre illa, magna machina, si licet aliquid mutuari a duce sapiente, qui demissa inde saxa et fragorem admiratus "audi" inquit "anum," ita quietem agens et torpens quodammodo, et matrem, puto, a qua nutritus erat, sibi apparere ratus, querentem de se et lacrimantem. Laconico sermonis genere etiam alioquin uti solitus, idem quondam anum in mutatione laborare voce

γραῖα, πάλιν ἐμογγιλάλει. ἀπεφοίβαζε δὲ ἄρα ὁ λόγος οὗτος κατά τι Πυθωνικὸν ὡς ἡ πρεσβυτάτη Θεσσαλονίκη πρὸς εἴδωλα καμόντων οἴχεται, καθὰ καὶ πάλαι ποτέ, ὡς ἐξ ἱστορίας καθήκει καὶ εἰς ἡμᾶς. καὶ ἦσαν οἱ λίθοι ἀκριβῶς ἀνδραχθεῖς, ὁποίους κατὰ τῶν ἀμφὶ τὸν Ὀδυσσέα οἱ Λαιστρυγόνες διεχειρίζοντο.

Vae saxa, quae a barbaris in eosdem coniecta caput attollere eos non sinebant, sed miseros obruebant! vae tum feminas gravidas, quas in fuga aggravans onus per se dilectum in Orcum demittebat! deliquio animae oppressas, nec minus miserandae erant matres, quae in fuga teneros liberos comites habebant, et aliquantisper quidem aequabantur cursu, sed mox, propius ingruente exitio, iter praecipiebant: quae et ipsa magna sane miseria erat. conversae enim aut non iam videbant consectantes se dilectos liberos, Herodiano aliquo

σούμεναι, ὅτι μὴ ἐκείνων πρὸς ἔρωτα ἐπεστρέφοντο, ἀλλ' ἔκλαιον τὸν ὕστατον δολιχόν, ὃν οἱ παῖδες ἐστείλαντο. ἔφευγον καὶ πατέρες, νεογνὰ μητέρων ὀρφανὰ ὀπίσω ἀφιέντες. καὶ αὐτὰ μὲν ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐγοῶντο· οἱ δὲ μὴ ἐπιστρεφόμενοι ἔθεον, καὶ ἡ φύσις ἐβόα κενά. εἰ δὲ καὶ ἐξέδραμον ἐκεῖνα συμφεύγειν, αὐτὰ μὲν ἐποίουν τὸ δυνατόν, ὁ δὲ γενέτωρ ἦν ὁ αὐτὸς τοὺς πόδας, τοῦ κατὰ θάνατον φόβου τὴν φυσικὴν ἐκνικῶντος στοργήν. καὶ εἴπερ ὁ τεκνωσάμενος περιποιήσεται ζωήν, ἀλλ' αὐτὰ συμπατούμενα καὶ πρὸς βίαν σκαρίζοντα ἐξώλλυντο εἰς ἐπιθήκην τῶν κατ' ἄνδρας νεκρῶν. οὕτω καὶ θρέμμα τραχὺ λύκων ἐπιτρεχόντων ἀφίησε τὰ οἰκεῖα νεογιλὰ καὶ φεύγει· καὶ ὁ λύκος οὐκ οἶδεν οὐδενὸς φείδεσθαι.

Κλαίω δ' ἐνταῦθα ἐγώ, ἀναπολήσας εἰς νοῦν ὡς καὶ ἡμεῖς ἅπαντες οὕτως ἐφεύγομεν οἷα σφαγῆς πρόβατα, οὔτε ποιμένος προμαχοῦντος οὔτε μὴν μισθωτοῦ. καὶ μακάριον, εἴπερ ἐφεύγομεν διὰ τέλους. νῦν δὲ ἀλλὰ μικροῦ δέον οἱ πλείους τοῖς τῶν λύκων περιεπίπτομεν στόμασι. μυρία δὴ ταῦτα πτώματα, καὶ οἷα πόλιν ἀποκενοῦν εὐφοροῦσαν ἦν ὅτε οἰκητόρων ἀγαθῶν. καὶ μετροῖντο ἂν οἱ οὕτω πολυτρόπως πεσόντες ὑπὲρ χιλιάδας ἑπτά, ὡς οἱ περιελθόντες ἐστοχάσαντο πρὸς δυνατὴν ἀκρίβειαν, σύν γε τοῖς ἐκ Βουλγάρων πεζοῖς, καὶ ὅσοι τοῦ στρατιωτικοῦ συνέπεσον. οἱ δὲ βάρβαροι πε-

18. πώματα T

imperio interceptos, aut ipsae quoque ab hostibus occidebantur, iratis, quod libidini suae non obsequerentur, sed extremum curriculum deflerent, quod liberi iniissent. etiam patres fugiebant, liberis recens natis orbis relictis. flebili vagitu hi opem flagitabant; sed illi sine respectu fugiebant, natura nequidquam clamante. quantumvis liberi procurrerent secuturi, quantumvis pro viribus adniterentur, pater tamen aeque festinanter fugiebat, metu mortis a natura nobis insitam pietatem exsuperante: atque si forte pater vitam servaret, liberi conculcati et adversus vim palpitantes peribant ad cumulanda virorum cadavera. ita etiam bruta pecora, quum lupi superveniunt, relictis catulis recens natis, fugiunt; lupus autem nemini parcere solet.

A lacrimis hic ego mihi temperare nequeo, quum recordor, nos quoque omnes ovium instar, quae lanienae destinatae sunt, fugisse, quum nec pastor, nec vero mercenarius quisquam nos defenderet: beati tamen, qui prorsus effugimus. sed non multum aberat, quominus plerique in fauces luporum incideremus. infinita illa caedes erat, qua necesse erat, ut urbs quondam bonis civibus abundantissima desolaretur. sunt autem, qui ita varie perierunt, plus septem milia,

ριεργασάμενοι ἄλλως εἰς πέντε χιλιάδας ἠρίθμησαν τὸ κακόν, μήτε τοὺς πεπνιγμένους συγκεφαλαιωσάμενοι τούτοις μήτε δηλαδὴ τοὺς ἐπ' οἴκων πεσόντας, ἀλλὰ μόνους ἀριθμῷ δεδωκότες ὅσους αὐτοῖς ἐκθέτους κειμένους ἥλιος ἔφηνεν.

Ἐνταῦθα δάκοι ἂν καρδίαν ἀνδρὸς φιλοίκτου καὶ ὅτι τοὺς κειμένους ἔν τε ταῖς ἀμφόδοις καὶ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀλόγοις ζώοις ἀναμιγνύντες κατέκαιον οἱ ἐχθροί, τὸ μισάνθρωπον, ὀψὲ καὶ τοῦτο δράσαντες. τὰ πρῶτα γὰρ ὑφ' ἡμῶν παρακαλούμενοι καταχῶσαι τοὺς νεκρούς, μὴ καὶ θέα δυσπρόσωπος ἔκκεινται καὶ ἀποφορὰς δὲ νοσερὰς ἀτμίσωσιν, ἐθάδες τοιούτων αὐτοὶ ἔφασαν εἶναι, καὶ χαίρειν τοιαύταις θέαις τε και ὀδμαῖς.

Οἱ μὴν δὴ πολλοὶ φόνοι καὶ αἱ σφοδραὶ ἁρπαγαὶ καὶ τὰ πλείω κακὰ δοκοῖεν ἂν λῆξαι μετὰ μεσημβρίαν τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ἡ ἅλωσις, ἐξ ἐπιτάγματος τῶν κομήτων. ἦν δὲ σάββατον, οὐ φυγὴν ἔχον, ἣν εὐαγγελικῶς ἀπεύξαιτ' ἄν τις, ἀλλὰ τηλικαύτης πόλεως ὄλεθρον. τὰ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἂν μέν τις φράσαι ὡς μηδέν τι ἐλλεῖψαι· ὅσα δὲ ἔστιν ἐπιλέξασθαι, αὐχήσωμεν ἂν καὶ αὐτοὶ ἱκανοὶ ἔσεσθαι ἀπογράψασθαι. πάντες οἱ ἔξω ἱππόται, καὶ οἱ ναύαρχοι δέ, ἀκολούθως δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτούς, ἀνακαθήραντες ἤδη τὰ σφίσι φοβερὰ καὶ μισήσαντες εἰς πλέον αἰθριοκοιτεῖν, ἔπλησαν ἀδεῶς

prout ii, qui urbem obierunt, quam poterant diligentissime aestimarunt, cum peditibus Bulgaris et ceteris, qui ceciderunt, militibus. barbari autem, inutili opera, ad quinque millia occisorum computarunt, numeratis neque iis, qui suffocati erant, nec qui in aedibus perierant, sed iis tantum eo numero comprehensis, quos in publico proiectos sol collustrabat.

Hic mordeat animum hominis misericordis, quod et in triviis et in arce proiecta cumque brutis animalibus mixta cadavera barbari, gens generi humano infesta, combusserunt, sero demum eo consilio functi. prius enim moniti a nobis, ut sepelirent cadavera, ne tetro adspectu iacerent et vapores noxios exhalarent, assuetos se rebus illis esse et tali adspectu et halitu delectari responderunt.

Caedes frequens et rapina ferocior et miseria maior sub meridiem eius diei, quo capta urbs est, ex imperio comitum cessasse videbatur. erat autem sabbatum, non fuga insigne, quam quis secundum evangelium deprecetur, sed tam eximiae urbis ruina. quae deinde secuta sunt, ea nemo ita explicuerit, ut nihil desit; sed quae narrari possunt, ea quidem, si quisquam, nos nobis videmur exponere posse. omnes igitur, qui extra urbem erant, equites, et vero nauarchi, cum suis quisque ministris, liberati iam rebus omnibus,

τὰς οἰκήσεις τῆς πόλεως, τὰς μὲν μείζους κατὰ κεφαλὰς καὶ ὅσοι περὶ αὐτάς, τὰς δὲ ἐλάττους κατά τινας ἴλας ἑτέρας, ὅσαις ἦν σύμμετρον τὸ κατάλυμα. καὶ τὸ ἐντεῦθεν αὐτοὶ μὲν ἦσαν οἴκων εἴσω, τὸ δὲ πολιτικὸν ἅπαν σύστημα ἐπλάζετο, ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς. καὶ τὸ μὲν βάρβαρον ἐνέμετο τὰς ἐπ' οἴκων ἐνθέσεις, οἱ δὲ οἰκοδεσπόται ἀπελήλαντο καὶ περιενόστουν ὧδε κἀκεῖ πεινῶντες διψῶντες ῥιγοῦντες, ὅτι καὶ γυμνοί. καὶ εἴθε μὲν γυμνοί, ὡς ἄν που καὶ ἐλεοῖντο ἐκ τῶν γυμνωσάντων· νῦν δὲ σοφιζόμενοι τὴν ἔνδυσιν διὰ τὸ ἄλλως κατ' ὄψιν αἰσχρὸν οὐκ εἶχον ἔλεον, οἷς τῆς ἀνάγκης ἑκάστῳ, εἰ καὶ ἄναλλον, ἀλλ' οὖν τινὰ στολὴν ἀφοσιούσης, ὁποίαν ἰδὼν ὁ μὲν ἔξω πένθους γελάσοι ἂν διὰ τὸ σκηνικώτερον, ὁ δὲ συγγεγενμένος τοῦ πάθους οὐκ ἂν ὀκνήσοι μὴ ἐκθανεῖν λυπούμενος. ἐτρύπησέ τις ψίαθον, καὶ περιβαλόμενος ἔκρυ- 298 πτε μόγις τὴν προσθίαν αἰσχύνην, καὶ ἠγάπα οὕτω καλυψάμενος, εὐδαίμων αὐτὸς τῇ πρὸς ἑτέρους παραβολῇ, ὅσοι τὸ κατὰ χεῖρα θέναρ καὶ τὰ δάκτυλα καθά τι παραπέτασμα προθέμενοι, καὶ κρύπτοντες ἅπερ ἐχρῆν, ἠρκοῦντο, μὴ ἔχοντες ὅ τι πλέον δράσουσι. καὶ ἦν μὲν καὶ αὐτὸ οὐ θέας ἄξιον· εἰ δὲ καὶ γυναῖκες τοῦ πάθους ἐκοινώνουν τοῦδε, τί δὴ ἔλαμπεν ἥλιος ὡς καὶ τοιαῦτα καθορᾶν; ἀλλ' αὐτὸς μὲν εἶχεν ἄλλως ἐνδείκνυσθαί τι καλόν, ἐκτρέπων τοὺς αὐταῖς ἐνυβρίζοντας· ὁ δὲ ἐπιὼν ἕσπερος πάνδεινα ἐποίει, σκότον προ-

quae terrorem facerent, et aspernati, porro sub divo cubare, impleverunt intrepide domos urbis, et magnas quidem singuli primores cum comitibus, exiguas promiscuae ceterorum catervae, quantas tecta caperent. inde illi in domibus habitabant, omnis turba civium in quibus nos quoque eramus, circumvagabatur. barbari absumebant omnem cibi copiam, domini expulsi hac illac circumibant, esurientes, sitientes, rigentes, quippe qui etiam nude essent: quin imo, utinam nudi fuissent, quo misericordiam eorum, qui eos nudarant, excitassent; sed vestitum excogitaverant, ne puderet se adspici, nec movebant misericordiam, quippe necessitate unicuique vestem, etiamsi alienam, at vestem tamen suppeditante, quam si quis videret extra cladem constitutus, risurus erat scenicam speciem, sed miseriam et ipse expertus vix se contenturus, quominus prae dolore periret. perforavit aliquis saccum iunceum, quo circumiecto vix tegeret pudenda, laetabaturque eo tegumento, beatus, si suam cum aliis sortem compararet, qui palma manus digitisque tanquam operculo praetentis membra, quae tegi decet, obtegebant, quum non haberent, quod praeterea adhiberent. indignus sane ille adspectus erat; quum vero etiam sane mulieres eius miseriae participes essent, quid tandem sol lucebat et ista cernebat! sed tamen erat, quod ille bene faceret, dispellens,

βαλλόμενος εἰς ἀποκρυφὴν καὶ ἀναίδειαν. ἡ μὲν γὰρ ἡμέρα εἶχέ τι σῶφρον δέει τῶν ὑπερεχόντων, ἡ δὲ νὺξ ἐπαρρησίαζε τὰ μὴ ὅσια. ἦν τίς ποτε καὶ ὃς ῥάκος εὑρηκὼς παρερριμμένον που ἀποκαθημένης τυχὸν· ἢ καὶ ἄλλοῖον, ὁποίοις πολλοῖς οἱ λεωφόροι κατέστρωνται, καὶ συχνὰ τοιαῦτα συγκεκρουκὼς εἰς ῥαφήν, ὡς εἶχε, καὶ λεντίου τρόπον συσκευασάμενος, ἄκων ἤθελε τὴν ἀσυνήθη περιστολήν. ἄλλοι συνθέματα ἐρεᾶ μαδῶντα ἐξευρίσκοντες καὶ ἐναπτόμενοι κοιλίαν μὲν καὶ ῥάχιν καὶ τὰ κατωτέρω ἔσκεπον, σχοίνῳ σαθρᾷ καὶ ῥυπαρᾷ τῇ ἐκ φιλύρας ἢ τοιοῦδέ τινος περιζωσάμενοι, τὰ δὲ λοιπὰ ἐν χρῷ κατ' αὐτὴν σάρκα τῷ ἀέρι γινόμενοι. ἱματισμένον δέ τινα ἰδεῖν τὸ ὅλον ὅμοιον ἦν ὡς εἰ καὶ ῥῆγα εἶδεν ἢ ἄλλον ἄνδρα λαμπρότητος. πόρναις μόναις ἐνέλαμπε κάλλος ἱματισμοῦ, αἳ τοῖς ἱεροῖς πεπλώμασιν ἠγλαΐζοντο, εὐπάρυφοι τοῖς μιαροῖς ἐρασταῖς παρομαρτοῦσαι, καὶ βλεπόντων ἡμῶν παρρησιαζόμεναι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ συγκαταχορεύουσαι ὢ κἀνταῦθα θείας ἀνοχῆς. αἱ δὲ κεφαλαὶ τοῖς μὲν πλείοσιν ἦσαν ἀκατακάλυπτοι, τῶν Λατίνων οὕτω σκευωρησάντων, ὡς ἂν ἔχοιμεν τὸ ὁμόστολον. καὶ τοῦτο μὲν οἱ δυνάμενοι ἔπασχον· ὅσοις δὲ τὰ τῆς κεφαλῆς οὐκ εἶχεν ἀπαθῶς, ἀλλ' ἔδει κατακεκαλύφθαι αὐτὰς διὰ τὸ ἄρρωστον, ἀλλ' αὐτοὺς βλέπων τις παντοῖος ἂν τὴν λύπην γένοιτο, τῇ ποικιλίᾳ τῶν βλεπομένων συμπεριαγόμενος. πῖλον μὲν γὰρ

2. ἢ] οὐ T

quippe, qui illis insultarent. ingruens vero vespera immania patrabat, tenebris ad celanda flagitia excitandamque impudicitiam offusis. dies enim modestiam quandam metu superiorum iniungebat, nox nefanda admittebat. erant, qui laciniis vestis attritae aliisque pannis, quibus viae publicae fere obsitae sunt conquisitis et, ut licebat, consutis inque modum lintei comparatis, inviti usurparent amictum insolitum. alii particulas lanae vagas collectas et coniunctas ventri, spinae et parti corporis inferiori circumdabant, fune marcido et sordido tiliaceo aliove simili adstrictas, reliquum corpus nudum et apertum habebant. iuste autem aliquem vestitum cernere plane erat, ac si regem vel alium hominem illustrem videres. in solis scortis splendebat cultus vestium, quippe quae vestimentis sacris niterent, limbisque decorae cum turpibus adulteris consuescebant et in conspectu nostro flagitium admittebant, tum quoque divinae insultantia patientiae. capita plerisque civibus intecta erant, Latinis hanc curam gerentibus, ut simili secum habitu uteremur. atque hoc quidem robusti patiebantur; quibus autem caput parum validum et propter infirmitatem tegendum erat, eos qui videret vario luctu deflebat, pro varietate speciei agitatus. namque

ἀσκητὸν περιτεθεῖσθαι οἱ εὐτυχέστατοι κατεπλούτουν· τῶν δ' ἄλλων οἱ πλείους ψιάθων πλέγματα ἢ σχοίνων ἢ καλάμης ἐσχεδίαζον εἰς τοιαύτην σκέπην, τὰ πολλὰ καὶ διατετρημένα τὴν κορυφὴν κατὰ καπνοδόκην, τὰ μὲν εὐρῶτος καταβοσκησαμένου, τὰ δὲ καὶ κατὰ βαρβαρικὸν ἄθυρμα, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ πρὸς τέχνην, ἵνα διὰ τοῦ τρήματος ὁ πῖλος, οἷα καί τις χώνη τοῖς διψῶσιν, ἐνερεύγηται συμβολήν.

Καὶ ἦσαν οἱ πάντες ἐκ τῶν τοιούτων στολισμάτων, ὧν πολλοῖς ἐνέλαμπον ὥς οἷά τινες πορφύρεοι λίθοι πληγαὶ πορφύρουσαι τῷ ἐξ αἵματος λύθρῳ, θέαμα καὶ δυσπρόσοπτον καὶ δυσείκαστον, τὸ μὲν οἷς ἐκ νερτέρων ἥκειν ἐδόκουν σκιαί τινες ἀΐσσουσαι, τὸ δ' ὅτι τοὺς κατὰ φύσιν χαρακτῆρας οὐκέτ' εἶχον διὰ τὸ ἔνδον που ἀναχωρῆσαι ἢ καὶ τέλεον ἐκλιπεῖν τὸν φίλιον χυμόν, δι' οὗπερ ἐξανθεῖ τὸ ἐρύθημα. ἦν οὖν ἔργον γνωρίσαι καὶ τὸν πάνυ ἐν τούτοις φίλτατον· καὶ ἕκαστος ἀνηρώτα ἕκαστον, ὅς τίς ποτ' ἂν καὶ εἴη, διὰ τὸ κατὰ χρόαν πάντων ὁμοειδὲς καὶ διάφορον κατ' οὐδέν.

Ἰτέον ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας, καὶ θεωρητέον τοὺς τοιούτους καὶ ἐκεῖ, καὶ ἐρωτητέον τίς ἄρα ἐν τούτοις ὁ πλούσιος ἢ πένης, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἀλλὰ τίς μὲν ἱερᾶται; τίς δὲ ἐπὶ τοῦ ἀναγινώσκειν ἐστί; τίς δὲ τοῦ λαοῦ εἶναι εἴληχε; πάντες γὰρ εἶδος ἓν καὶ μορφὴ ἡ αὐτή· κἂν εἰ μή τις ἀποκριθεὶς τῶν ἄλλων τὸ ἱερὸν εἰσέλθοι βῆμα, στησόμενος εἰς εὐχάς, καί τις

3. ἐβρῶτο T

pilei tegumento felicissimi gaudebant; e ceteris plurimi e crate iuncea scripeave vel e calamo plexa talia tegmina praeparabant, pleraque in fastigio fumarii instar perforata, partim situ et squalore, partim barbarorum ludibrio violata, haud pauca etiam consulto aperta, ut per foramen pileus, quasi quoddam infundibulum sitientium, reciperet symbolam.

Cuncti igitur huius generis vestitu utebantur, in quorum plurimis tanquam lapides purpurei splendebant vibices cruore suffusae, species et mira et acerba, quia et ex inferis videbantur quasi umbrae quaedam ascendisse, nec iam habebant colorem naturalem, propterea quod intus recesserat aut prorsus defecerat succus ille praestabilis, unde rubor efflorescit. itaque difficile erat agnoscere etiam hominem dilectissimum, et omnes se invicem rogabant, qui essent, quod cuncti vultu similes nec quidquam diversi erant.

Eamus in ecclesias et spectemus ibi quoque miseros, quaeramusque, quis eorum dives, quis pauper, et cetera id genus. quis porro sacra peragit? quis lectionem habet? quis e populo est? quippe omnes speciem unam, formam eandem prae se ferunt: nec nisi quis

ἄλλος εἰς τὸν ἱερὸν ἀνέλθοι ὀκρίβαντα ψαλμοῦ χάριν, οὐκ ἦν διάκρισις τούτων τε καὶ τῶν τοῦ λαοῦ. εἶχον δέ τι πάντες οὗτοι σεμνόν, εἰ καὶ ἄλλως λυπηρόν· λελυμένοι γὰρ ἐκ τῶν ποδῶν πάντες τὰ ὑποδήματα τῶν τοῦ ἁγίου οἴκου κρηπίδων ἐγίνοντο.

Σκοπητέον καὶ τὰς ἑκάστων τροφάς, καὶ γνωστέον ὡς ἐκ τῶν συμφυλετῶν μὲν οὐκ ἦν ὅ τι καὶ λάβοιεν, πάντων ἐξ ἴσου πεινώντων, τῶν δὲ Λατίνων ὀλίγοι μέν τινες ἐχορήγουν ὀβολοὺς τοὺς παρὰ σφίσιν, ὅθεν ἦν γλίσχρως ἀποζῆν, οἱ δὲ πλείους διάβολον ἐπικαλοῦντες τὸν ἐπαιτοῦντα (τοῦτο δὴ τὸ παρ' αὐτοῖς εὐχορήγητον) ὕβρεις ἐδίδουν ὡσεὶ καὶ ψωμόν, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐταῖς. καὶ ὁ ἔλεος μὲν οὕτως ἦν δυσεύρετος δίχα γε τῶν ἐκ τοῦ μυροβλύτου, ὅς, καθὰ καὶ προγέγραπται, πάντας τοὺς πολίτας ἔθρεψεν εἰς ὅσον ἐχρῆν· εἰ δέ τις καὶ εὐπορηκώς ποθεν ἐθέλοι τιμήματος πορίσασθαι τὸ τρέφον, βαβαὶ τῆς βαρβαρικῆς ἀπανθρωπίας. Ἰουδαίῳ μὲν γὰρ καὶ Ἀρμενίῳ, οὓς ἡ ἀγχιτέρμων Κρανία καὶ ὁ Ζεμενίκος φέρβουσιν, ἐπεμέτρει, ἐς ὅσον τε καθῆκον ἦν καί τι καὶ εἰς ὑπέρμετρον· ἑαλωκότι δὲ πολίτῃ ἐλάχιστον, εἴ που καὶ ἐπιστραφείη αὐτοῦ. ἀρτίδιον γοῦν περιηγμένον ὡς εἰς κρίκον, ὅσον ἂν ἀντίχειρ καὶ λιχανὸς διαγράψαιεν τριῶν χαλκῶν στατήρων ἀπεδίδου τῷ ἐλεεινῷ πολίτῃ μόλις ὀβολοῦ ἀξιούμενον.

a ceteris separatus in sacrum gradum ascenderet ad peragendas preces, alius sacrum suggestum legendi psalmi causa conscenderet, ullum discrimen inter illos et populum foret. habebant autem illi omnes venerabile quiddam, quamvis ceteroquin sordidi: omnes enim solutis a pedibus calceis sacrae aedis limen transgrediebantur.

Spectanda sunt etiam singulorum alimenta, sciendumque, a popularibus neminem quidquam nancisci potuisse, cunctis pariter fame laborantibus. e Latinis autem perpauci largiebantur numos, unde tenuiter quis viveret, plerique nomine diaboli increpabant eum, qui quid rogaret (illud quippe illorum donum erat), contumelias pro offa et alapam loco obsonii offerentes. eratque difficile, misericordiam obtinere, nisi a sancto unguenta exsudante, qui omnes, ut supra dictum est, cives alebat, quantum necesse erat. si tamen quis opulentior e censu suo nonnihil alimenti largiri vellet, vae barbaram illius inhumanitatem! Iudaeo enim et Armenio, quos finitima Crania et Zemenicus alunt, impertiebat, quantum satis esset et plus etiam; capto civi particulam tenuissimam dabat, si tamen eius meminisset. panem enim parvulum in orbem inflexum, quantum pollice et digito sigillari comprehenderes, tribus stateribus aeneis misero civi vendebat, vix oboli pretio.

Ἀλλ' ἅμα ὑπεκρουσάμην Ἀρμενίους καὶ ζέσιν ἔπαθον
περικάρδιον, ἐννοησάμενος ὁποῖα κακὰ καὶ αὐτοὺς ὁ βάσκανος
δαίμων ἡμῖν προσέθετο, ἔξω μὲν πρὸ τῆς ἁλώσεως ἓν ὄντας
τοῖς πολεμίοις καὶ θερμοτέρους ἐκείνων εἰς τὰ καθ' ἡμῶν
ἀποδεικνυμένους κακά, ἐν ἐφόδοις, ἐν λόχοις, ἐν προόδοις ταῖς
εἰς λείαν, ἐν μηχαναῖς, ἐν ἐκφάνσεσι τῶν λανθανόντων, ἔσω
δὲ δεσπόζοντας ἡμῶν καὶ αὐτούς, ἀπειλουμένους, ἐπιτάσσον- 299
τας ἀποστεροῦντας, τύπτοντας, ἄγχοντας τοῖς ὠνίοις. ἀρτίσκον
γὰρ παλάμῃ περιληπτόν, ὃν ὀβολοῦ ἄν τις τιμήσαιτο, πολλοῦ
αὐτοὶ ἐσταθμῶντο, καὶ Λατινικῶς καὶ αὐτοὶ ἡμᾶς ἀπέπνιγον.
καὶ ἀπολώλαμεν ἂν τηνικαῦτα, εἰ μὴ τὴν ὀπώραν κατ' ἄμμον
πληθύνας ὁ θεός, ἐν αἷς καὶ τὰς σταφυλάς, ἃς ἄλλων κεκο-
πιακότων ἕτεροι ἔδρεπον εἰς τοὺς κόπους ἐκείνων εἰσερχόμε-
νοι, ἔθρεψε καὶ ἡμᾶς. μὴ γὰρ ἐπὶ νοῦν ἀγέτω τις ἄλλο τι
ἐς τροφὴν καὶ τρυφὴν ἐνδεδαψιλεῦσθαι ἡμῖν· ὧν ἐκθλιβο-
μένων μὲν οἶνον εἴχομεν, εἰ καὶ πνευματίαν ἐκεῖνον καὶ βρώ-
μιον καὶ οὐ προσηνῆ πρὸς ὑγίειαν, ἀλλ' οὖν παραμυθητικώ-
τερον ὕδατος, καὶ ἀλλοίαν δὲ τροφήν, ναὶ δὲ καὶ ἱματισμὸν
τῇ ἀπεμπολήσει, καὶ εἴ τι δὲ ἄλλο ῥᾴδιον καὶ πρόχειρον πο-
ρίσασθαι. οἱ δὲ ἐξώλεις Ἀρμένιοι λέγονται καὶ καταμιαίνειν
ἡμῖν τοὺς ἄρτους. ἦν δὲ αὐτὸ οὐχ ἱκανὸν τοὺς πτωχοὺς
ἐκτρέπειν τοῦ προσίεσθαι τὰ πωλούμενα· δεινὴ γὰρ ἡ ἀνά-
γκη τὸ καθῆκον ἐκκρούεσθαι καὶ μόνου τοῦ πρὸς βίαν ἐγκει-

Enimvero quum Armenios attigi, dolorem mihi animo fervere sentio, recordatus, quanto malo illos quoque daemon invidus nobis immiserit, foris ante expugationem hostibus coniunctos et acrius, quam illos, clades nobis insidiis, praedationibus, machinamentis, proditione latentium infligentes, intra urbem autem dominantes, minitantes, imperantes, spoliantes, ferientes, caritate annonae prementes. panem enim, quem palma comprehenderes et unius oboli aestimares, magno illi vendebant, et more Latino ipsi quoque nos suffocabant. atque actum tum erat de nobis, nisi deus nos nutrivisset, messem largitus arenae instar affluentem quum reliquam, tum uvarum, quas tamen ab aliis cultas, alii in illorum ingressi hortos vindemiarunt. nolito enim quisquam existimare, alia ad victum luxuriamve nobis suppetisse: sed, uvis pressatis, vinum habebamus, graveolens illud quidem et foetidum nec valetudini salutare, sed aqua tamen suavius, victumque alium, quin etiam vestimenti aliquid, pretio emta, et si quid praeterea facile et commode parari poterat. at perditi isti Armenii etiam panem nobis inquinavisse dicuntur. nec tamen ea res valebat ad arcendos mendicos a rerum venalium cupiditate. quippe magna mise-

μένου γίνεσθαι. τοιοῦτον δέ τινα μιασμὸν διαρρέει φήμη καὶ ἐκ τῶν Λατίνων πάσχειν ἡμᾶς· ἔλαιον γὰρ πιμελαῖς καὶ στέασιν ἐγκατακεραννύντες ἐγίνοντο τοῖς ἀγαθοῖς Χριστιανοῖς αἴτιοι τοῦ παρανομεῖν τὴν νηστείαν τὴν κατὰ τὰς τετράδας καὶ παρασκευάς, ἵνα μὴ μόνον τὴν τύχην ἡμῖν ἀλλοιώσωσιν οἷς ἡμᾶς κατεδουλώσαντο, ἀλλὰ καὶ τῇ ἁγίᾳ θρησκείᾳ ἐμπαροινήσωσιν. ὢ τίς ἂν ἀνάσχοιτο ἐκείνων;

Καὶ ὅτε ἡμεῖς μὲν ἐν τῷ τοῦ μεγάλου μυροβλύτου ναῷ ὕμνους ἱεροὺς ἐτελοῦμεν, περιιστάμενοι τὸν περιώνυμον ἐλεήμονα, οἱ δ' ἐν ταῖς πλαγίαις τοῦ ἱεροῦ βήματος τὰ ἑαυτῶν ἐτέλουν, ἀντιφωνοῦντες ἡμῖν καὶ τὰς πολίτιδας φωνὰς ὑπερφωνεῖν ἐθέλοντες βοαῖς κορυζώσαις καὶ ἀπηχέσι, πολλάκις δὲ καὶ ταῖς τῶν καθ' ἡμᾶς θείων εὐαγγελίων ἐκφωνήσεσι πρὸς ἔριν οἱ ἀχαριτώτατοι ἀντεπεξαγόμενοι, καὶ συγχεόντες οὕτω τὸ εὔτακτον, καὶ τὴν ἱερὰν ἁρμονίαν λύοντες. καὶ ἐλάλησα μὲν εὐλαβῶς καὶ περὶ τοῦδε τῷ κόμητι Ἀλδουΐνῳ, εἴ πως γένηται τάξις καὶ μὴ γελῷντο τὰ θεῖα τῇ αὐτονομίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς ἱερέων, ἀνύσαι δὲ ἔσχον οὐδέν, εἰ καὶ ἄλλως ἐκεῖνος ἐῴκει ἐν οὐκ ὀλίγοις ἐθέλειν τὰ Ῥωμαϊκὰ τάσσειν ὡς μὴ καταλύεσθαι. ὅς γε καὶ δικαιοπραγεῖν εἴτε προσποιούμενος εἴτε καὶ πρὸς ἀλήθειαν βουλόμενος ἔν τε τῷ κρίνειν καὶ κολάζειν τοὺς ὑπαιτίους καὶ ἰσότητα διανέμειν, καὶ μώλωψι καὶ λοιπαῖς αἰκίαις, ἀλλὰ καὶ σκόλοψι τῶν τινὰς κακούργων

ria est, rebus, quibus opus est, excludi, nec nisi prorsus necessaria adipisci. similem autem contaminationem fama est etiam a Latinis nos passos esse. namque oleo adipem et pinguedinem immiscentes auctores exstiterunt piis Christianis violandi ieiunii, ut non solum salutem nostram victoria sua everterent, sed etiam insultarent religioni divinae. quis, quaeso, est, qui talia sustineat?

Quum in templo sancti unguenta exsudantis Nicolai sacros hymnos cantaremus, circumstantes imaginem misericordia gloriosam, illi, in lateribus altaris obliquis sua peragentes, obstrepebant nobis, vocesque urbanas superare conabantur clamore barbaro et dissono, saepe etiam sancti evangelii recitationem nostram ambitiose et maligne interpellabant, ordinem ita confundere et sacrum concentum turbare conati. atque modeste equidem de ea re collocutus sum cum Alduino comite, num forte ordo servari et sacra nostra a sacerdotum Latinorum insolentia et ludibrio defendi possent; sed obtinere nihil potui, quamquam ille ceteroquin in rebus haud paucis rem Romanam bene constituere velle videbatur, ut ne periret. qui certe iustitiae sive se fingebat amantem, sive amans erat revera, siquidem non solum levioris delicti reos iudicabat puniebatque, verberibus et contumeliis aliis iustitiam exercens,

τιμᾶσθαι, καὶ τῷ τοῦ ἁγίου τάφῳ ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἐχορήγησε τὸν ἀρκοῦντα εἰς ἀναποίησιν τοῦ ἐλλείψαντος· καὶ βίβλους δέ, εἰ καὶ μὴ τὰς ἀφῃρημένας καὶ οὐδὲ πάνυ τι εὐχρήστους, ἀλλ' οὖν ὅσας εὐηρεστήθη, ἐφιλοτιμήσατο δοῦναι· καὶ πήγματα δὲ κηρῶν ἀργύρεα μεταφορητὰ ἐν ἱεραῖς εἰσόδοις, λόγου ἄξια, ἐχαρίσατο· καὶ ἡμῖν δέ τινα ζωαρκῆ ἐπένειμε σύν γε καὶ βίβλοις, ἃς οὔτι λίαν ἐποθοῦμεν, καὶ εἰκονίσματα θεῖα, ὧν τὰ πεφροντισμένα τοῖς ἐκείνου ἡμεῖς αὖθις ἐπεμερίσαμεν, αἰτηθέντες καὶ μὴ ἔχοντες ἀπαρνήσασθαι, ἔτι δὲ καὶ ἱερὰ ἔπιπλα (μὴ γὰρ κρυπτέον τὸ ἀληθές), ἐξ ὧν ἐπικοσμήματός τι πολλαῖς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν διεμοιρασάμεθα.

Τοῦ δὲ κόμητος τούτου ἐκεῖνο μάλιστα τὸ καλόν, εἰ καὶ ἄλλως εἶχέ τι καὶ κακὸν συμμιγές, παρὰ καὶ καλῷ κακὸν θεμένης τῆς φύσεως, κρατῆρος τοιοῦτον κερασαμένης αὐτῷ. εἶχε μὲν γὰρ τὸ Λατινικὸν ὑπούλως περὶ τοὺς καθ' ἡμᾶς, καὶ συχνὸν αὐτοῖς ὑπ' ὀδόντας ὡς ἀνάθεμα τοῖς μὴ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁλώσεως ἅπαν τὸ πολιτικὸν κατασφάξασι, καὶ τὸ διὰ τί κεφαλαὶ τοιούτοις ἐπικάθηνται σώμασι; καὶ ὅτι τὸ τούτων αἷμα οὐ ποιεῖ σύγκρασιν πρὸς τὸ ἡμέτερον, καὶ ὅτι παρακλητεύσομεν τὸν ῥῆγα, καὶ πεσοῦνται μὲν πάντες οὗτοι, ἀντεισοικισθήσονται δὲ κατὰ μόνας Λατῖνοι, καὶ οὕτως ἅπαν-

1. τιμωρεῖσθαι? 15. κρατῆρα? 18. κατασφάξωσι T

sed etiam sceleratos quosdam ad palos damnabat. idem sancti nostri sepulcro aurum et argentum suppeditavit, quod satis esset ad damna sarcienda; libros etiam, non ablatos quidem nobis aut omnino utiles, sed quibus ipse delectaretur, ambitiosius largitus est, lychnuchosque argenteos, qui in sacris pompis circumferuntur, haud vulgares donavit. nobis idem tum alimenta quaedam librosque obtulit, quos non admodum desiderabamus, tum sacra simulacra quaedam, e quibus tamen diligentius elaborata ipsi rursus illius concessimus popularibus, quibus rogantibus recusare haud liceret; praeterea supellectilem sacram (neque enim celandum est, quod verum est), unde ornamenti aliquid multis ecclesiis distribuimus.

Huius igitur comitis illud in primis laude dignum erat, etiamsi habuit etiam nonnihil mali admixtum a natura, quae bonis iungere solita mala, talem illi craterem miscuerat. namque Latini subdole nobis insidiabantur, et perniciem fremebant, si qui die illo, quo urbs expugnaretur, non civitatem universam trucidassent, murmurabantque "quid istis hominibus caput in trunco est? haud miscetur istorum sanguis cum nostro sanguine; regem rogabimus, peribunt omnes isti, Latini in locum eorum soli succedent: ita demum omnia bene

τα καλὰ ἔσονται. οὐκοῦν ἀκόλουθοι τούτοις ἀπειλαὶ καθ' ἡμῶν καὶ ῥίπισμα ὅσαι ὧραι τοῦ κατὰ τὸν κόμητα θυμοῦ ἐκ διαβολῶν, καὶ ἀναφώνησις τῶν ἐνδιαβαλλόντων τὸ αὔριον, αὔριον, καὶ ὁ τοῦ θεοῦ λαὸς ἅπας εὐθὺς περὶ ἡμᾶς. καὶ ἦν ἀνάγκη κοπιᾶν καὶ λαλεῖν, καὶ ἐποιοῦμεν οὕτω συχνά, πολυτρόπως πονούμενοι. καὶ θεοῦ χαριτοῦντος ἐπείθομεν, καὶ τοῦτο πλειστάκις διὰ τὸ τὸν ἄρχοντα ῥέπειν ἐκεῖσε· καὶ οὐ πρῴην ἀνήκαμεν, ἕως τὸ τελευταῖον παντοῖοι (οὐ λέγω τὰ εἰς ὁμιλίαν ἀλλὰ δημηγορίαν) γενόμενοι καὶ δικαιολογησάμενοι καὶ οὐδὲ κολακείας ἀπεσχημένοι καὶ χαριεντισάμενοι, καὶ ἐμβριθῶς δέ τι λαλήσαντες, καὶ μεμψάμενοι μὲν τὴν τῶν συγκλύδων Λατίνων δεινότητα, ἔπαινον δὲ τῶν Θεσσαλονικέων προενεγκόντες καίριον, καὶ ὅλως τοὺς λόγους πολυειδῶς ἁρμοσάμενοι καὶ οἰκονομήσαντες πρὸς ἀνθρώπους ἀγρίους κατά τι ἀμυδρὸν ἀπήχημα γραφικῆς ἐλέγξεως καὶ ἐπιτιμήσεως καὶ παρακλήσεως, οἱ καὶ κατὰ καιρὸν εἰρήνης ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ἄτολμοι ὄντες ποιεῖν τὰ εὐαγγελικὰ εἰς ἄκρατον, ἵνα μὴ πάσχοιμεν ἀβούλητα, ἐβεβαιώσαμεν τὸν ἄνδρα, καὶ εἰς ἔμπεδον καταστήσαντες περιηγάγομεν διομόσασθαι ἦ μὴν μηκέτι φόβον ἐπαρτηθήσεσθαι φόνου ἤ τινος ἑτέρου κακοῦ τοῖς ἑαλωκόσι. καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἀνεπαυόμεθα, εἰς ὅσον ἦν ἐγχωροῦν. ἐνεχώρει δὲ μὴ εἰς τὸ πᾶν παρά γε τοῖς οὕτω μισορωμαίοις Λατίνοις.

habebunt." his igitur similes minae adversus nos iactantur, sufflaturque perpetuo calumniis animus comitis, declamaturque a calumniantibus: "cras, cras, et populus dei universus illico nobiscum erit." ergo necesse erat concedere et verba dare, fecimusque ita, varie laborantes; atque gratia dei persuasimus illis, idque plerumque eo, quod princeps huc inclinaret; nec mox destitimus, sed usque ad finem perseveravimus, varie nos (non dico in sermonibus, sed in concionibus) vertentes, litigantes, ne ab adulatione quidem abstinentes, morem gerentes, nec vero nihil graviter dicentes, vituperantesque multitudinis Latinae insolentiam, Thessalonicensium autem opportune laudes serentes, denique orationem varie componentes et conformantes coram genere hominum feroci, ad exemplum quasi quoddam actionis, accusationis et admonitionis iudicialis, etiam in pace inter nostros parum audaces ad urgenda vehementius praecepta evangelii, ne pateremur, quae nollemus: ita igitur confirmavimus hominem, confirmatumque eo perduximus, ut iuraret, nunquam captivis periculum mortis vel alius calamitatis subeundum fore. post haec requiescebamus, quantum licebat. licebat autem nihil omnino inter vehementissimos illos Romanorum inimicos Latinos.

Ἀλλ' ἐπανιτέον πάλιν ἐκ τῶν τοῦ κόμητος ἐπὶ τὰ πρό- 300 τερον, διχῇ διῃρημένων τῶν κατὰ βίον εἴς τε τὰ καθ' ἡμέραν καὶ τὰ νύκτερα. αἱ μὲν ἡμέραι ἡμῖν ἐψεύδοντο τὸ ἥμερον διὰ τὴν ἐν τοῖς Λατίνοις ἀγριότητα τὴν ἀμυδρῶς ὑπολαληθεῖσαν, οἳ μὴ χωρητὸν αὐτοῖς καὶ ἡμῖν τὸν κόσμον εἶναι κρίνουσι· συναντῶντες γοῦν κατέπτυον, ὤθουν, ἐσκέλιζον, κατέβρεχον ὕβρεις. συχνὸν ἦν αὐτοῖς ὡς εἰς ἐπῳδὸν τὸ "ἐλθέ, Καλοϊωάννης." μυκτὴρ οὗτος ὡς ἡμῶν ἐν τῇ πολιορκίᾳ γαυρουμένων μικρὸν ὅσον τὸν βασιλέα Ἰωάννην ἐλθεῖν ἡμῖν ἐπίκουρον. εἰ δέ τις τῶν συναιχμαλώτων πεζῇ τὴν λεωφόρον τρίβοι (τίς δὲ οὐ τοιοῦτος τότε; ὅτε καὶ ἡμεῖς ἐπάσχομεν οὕτω, κατάκοποι καὶ τὰ σκέλη παράφοροι καὶ τεταραγμένοι καὶ σεσαλευμένοι κατὰ μεθύοντας), εἴ τοίνυν οὕτω τις περὶ στενωπὸν ὁδεύοι καὶ τύχοι Λατῖνον παρέρχεσθαι ἔφιππον, οὐκ ἂν ἐκεῖνος φείσαιτο καταπατῆσαι καὶ συντρῖψαι τὸν ἄνθρωπον, κεντρίζων τὸν ἵππον εἰς κατασκίρτημα. οὕτως ἐφίλουν ἡμᾶς οἱ ἄνθρωποι, συχνὰ πρὸς πάντα λόγον καὶ πρὸς πᾶν ἔργον προϊσχόμενοι εἰς δικαίωσιν τοῦ κακουργεῖν τὸ ἀπὸ σπάθης ἡμᾶς ἑλεῖν, οὐκ ἀνθρώπινα λαλοῦντες, ἀλλ' ὡς εἰ καὶ λέων ἄγραν ἑλὼν ἐθέλει διασπᾶν αὐτὴν οὐχ ὅτι πεινῴη καὶ ποθοίη σάρκας, ἀλλὰ δικαίῳ τοῦ συσχεῖν αὐτὴν ὄνυξιν. οὐκ ἦν ἐπὶ τούτοις οὐδὲ ὑποστένειν ἡμᾶς, οὐ-

Sed revertendum est a rebus comitis ad priora. sunt autem, quae ad vitam pertinent, bipartito distributa, in diurna et nocturna. ac diurnum quidem tempus spem fefellit tranquillitatis diutinae propter Latinorum occulte frementem ferociam, qui terram simul nos et ipsos capere negabant: unde obvios conspuebant, tundebant, supplantabant. frequens illis ista quasi cantilena erat "veni, belle Ioannes." ludibrium illud erat, quod inter obsidionem insolentius iactassemus, pusillum nobis auxilio venturum imperatorem Ioannem. si quis autem e captivis pedes in via deambularet (quis autem tunc non ibat pedibus? quod et ipsi experti sumus, fracti, vacillantes, turbati, vertiginosi tanquam ebrii); si quis igitur ita deambularet in in via angustiore, et Latinus aliquis forte equo praeterveheretur, haud ille absteuturus erat, quominus conculcaret et elideret hominem, equo ad saltus ferociores stimulando. ita isti nos amice habebant, in omni semper sermone et facinore ad purgandam violentiam praetendentes, quod vi capti essemus, haud humana loquentes, sed plane ita ac si leo captam bestiam lacerare velit, non quod esuriat et carnes appetat, sed iure suo, quippe qui unguibus illam teneat. verum ad haec ne suspirare quidem, aut vultu tristi esse nobis licebat, quae tamen fluctibus calamitatum oppressi ad levandam animi

κουν οὐδὲ κατ' ὄψιν σκυθρωπάζειν, ἃ δὴ τοῖς ἐν κλύδωνι συμφορῶν ἀνεῖται πρὸς ἐκβολὴν τοῦ κατὰ ψυχὴν ἄχθους. πολὺ γὰρ αὐτοῖς ἐνταῦθα τὸ "διάβολε, τί στενάζεις;" ἐβούλοντο γὰρ ἀναισθητεῖν ἡμᾶς καὶ φρενοβλαβεῖν, ὡς καὶ χαίρειν ἐφ' οἷς κακῶς ἐπάσχομεν. εἰ δέ πῃ ξυμπεσὸν ὧδε γελᾶν εἴτε μειδιᾶν ἐπέλθοι τινί, χολὴ καὶ τοῦτο δριμεῖα τῷ κατιδόντι Λατίνῳ. ἐνόμιζε γάρ, ὡς ἔοικεν, ἢ καταγελᾶν ἡμᾶς τῶν Λατινικῶν πράξεων, ἢ ἀγαθὰ καραδοκοῦντας ὁ χαιρέκακος εἴτε καὶ πεπονθότας ἀγαλλιᾶσθαι, ὃ τοῖς ἐχθροῖς ἀπενέφαινε. καὶ τοίνυν δακτύλους εἰς γρόνθον ἔπτυσσον, καὶ τὴν χεῖρα γογγυλίζοντες ἐρρύθμιζον πὺξ πλήττειν, "τί γελᾷς ὦ διάβολε" βατταρίζοντες. καὶ οὕτω τὴν αἰθρίαν τοῦ μειδιάματος εἰς νέφος δακρυόεν μετέστρεφον, ἢ καὶ ἑτέρως εἰπεῖν, τὸν γελῶντα Δημόκριτον εἰς Ἡράκλειτον μετεποίουν δακρύοντα.

Ἀνεψηλαφῶντο παρ' αὐτῶν καὶ τὰ τῶν παροδευόντων προκόλπια, καὶ ἐξεκενοῦντο, εἴ τί που καὶ ἔφερον χρηματισμοῦ, εἰ καὶ βραχύ τι ἐκεῖνο ἦν. περιειργάζοντο καὶ μηρούς, μή που μαχαίρας παρήρτηνται· καὶ εἴ που εὑρεθείη ἐγχειρίδιον ὁποιονοῦν, αἱ μὲν κόρσαι τοῦ φέροντος εἶχον πληγάς, ὁ δὲ Λατῖνος τὴν μάχαιραν. ἔδει καὶ διερρηγμένα πάντας ἡμᾶς περιδεδύσθαι· εἰ γάρ τις εἱματίζετο εἰς ἀκέραιον, ἀνεθεματίζετο παρ' αὐτοῖς ὁ μὴ λωποδυτήσας τὸν ἄνθρωπον.

Ὅτε δὲ τἆλλα παρήσουσιν, ἐπεβούλευον ταῖς ἑκάστων

aegritudinem sibi concessa habent. namque solenne tum illis erat "quid suspiras, diabole?" scilicet sensu carere et delirare nos volebant, ut etiam delectaremur quibus affligeremur malis. sicubi autem cui risus quamvis lenis obortus esset, tum vero si quis id vidisset Latinus ira commovebatur vehementissima. etenim aut irridere, puto, nos res Latinas rebatur, aut miseria aliena delectatus credebat, bonum aliquod nos sive sperare sive nactos esse, quo exultaremus: id quod quoniam inimicis istis displicebat, digitis in pugnum complicatis et compressa manu alapam infligere gestiebant, "quid rides, scelus" balbutientes. ita risus serenitatem in nubilas lacrimarum vertebant, vel, ut aliter dicam, ridentem Democritum in Heraclitum lacrimantem mutabant.

Excutiebantur ab iisdem praetereuntium sinus, vacuefiebantque, si quid inesset, quantulumcunque illud erat. pertentabant etiam coxas, ne forte pugio ibi lateret; atque sicubi reperiretur culter qualiscunque, illius, qui cultrum gestabat, genae alapam lucrifaciebant, Latinus gladium. oportebat etiam pannis nos indutos esse: nam qui integris vestibus uteretur, devovebatur ab illis, licet neminem spoliasset.

Quando autem cetera praetermissuri erant, insidiabantur unius-

κεφαλαῖς, ἐπ' ἴσης μισοῦντες τούς τε ἀκειρεκόμας τούς τε βαθυπώγωνας. καὶ οὐκ ἦν ἰδεῖν ἄνδρα εἴτε καὶ παῖδα τύχης τῆς οἱασοῦν μὴ κουρίαν κατὰ κύκλον, ὁποία τις οἶμαι καὶ ἡ παροιμιαζομένη Ἑκτόρειος κουρά, εἴτ' οὖν ἡ κατὰ Θησέα τὰ πρόσθια· ὡς τότε ἀντίθετον βαθεῖαι ἦσαν αἱ πάλαι κόμαι κατὰ τοὺς Ἄβαντας, καὶ οὐ κατὰ τοὺς Λατίνους τούτους, κύκλωθι τροχαλαὶ καὶ ὡς εἰπεῖν ἀκρόκομοι. καὶ ὑπούργει πρὸς ταῦτα τοῖς τῶν τριχῶν ἐπιστρόφοις Λατίνοις πῆ μὲν ξυρὸς πῆ δὲ μάχαιρα, τοῖς δὲ θερμοτέροις καὶ ξίφος. καὶ αὐτίκα καὶ ὁ πώγων ἠλαφρύνετο τῷ οὕτω κειραμένῳ ἀνδρί, καὶ ἦν πάντῃ σπάνιον ἰδεῖν ἄνδρα Ῥωμαῖον ἄρτιον τὴν κεφαλήν. εἶχον γὰρ ἀνάπαλιν τῷ "θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν οὐ μὴ ἀπόλλυται." ἡ γὰρ πολλὴ ἁμαρτία, δι' ἣν καὶ πρωῒ πεποινηλατήμεθα, κατὰ τὸν αὐχήσαντα τὰ εἰς τὰς πρωΐας ἀποκτένειν τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς καὶ ἐξολοθρεύειν ἐκ πόλεως κυρίου τοὺς ἐργαζομένους τὸ ἄνομον μέχρι καὶ εἰς αὐτὰς τρίχας, τὸ κακὸν ἡμῖν ἐκορύφωσεν, ἵνα εἰς τὸ πᾶν ῥιγῶμεν ἐψιλωμένοι καὶ τὰς κεφαλάς. κἂν εἴ που διεκπέφευγέ τινι πώγων καὶ ἦν καθιέμενος κοσμίως, ὡς εἶχε φύσεως, ἁπτόμενοι τούτου οἱ φαῦλοι κουρεῖς τῇ ἑτέρᾳ χειρί, θατέρᾳ δὲ τῶν κατὰ κεφαλὴν τριχῶν, ταῦτα μὲν εἶναι καλὰ ἔλεγον, ἐκεῖνα δὲ κακά, τὰ τοῦ πώγωνος, ἀστεϊζόμενοι ἐν οὐ παικτοῖς.

cuiuscunque capiti, pari odio habentes promissam tum caesariem tum barbam. nec videre poteras fortunae cuiuscunque hominem quamvis puerum non circumcirca tonsum, qualis est, opinor, quae in proverbium abiit Hectorea tonsura, sive a Theseo cognominata sincipitis: ut tum oppositae essent prisca Abantum coma promissa, et horum Latinorum circumcirca tonsa nec nisi in summo capite, ut ita dicam, relicta. serviebat ad eam tonsuram Latinis capillorum curatoribus modo novacula, modo acinaces, violentioribus etiam gladius. atque illico etiam barba levabatur viro ita tonso, erantque omnino rari Romani, quorum caput integrum esset. habebantur enim secus, atque illud est "haud perit e capitibus nostris capillus." namque crebra peccata, quorum mature poenas dedimus, ut minatus ille est, mature se occisurum filios terrae improbos, et deleturum ex urbe domini, qui iniuste agant, ad capillos usque, miseriam nostram cumulaverunt, ut prorsus rigeremus, ipsis etiam capitibus nudatis. ac si cui barba incolumis evasisset, et eleganter demissa penderet, qualem natura promiserat, eum scelesti illi tonsores altera manu barba, altera capillis prehensum, vellebant, et "haec quidem pulcra sunt, inquiebant, illa (barba scilicet) non sunt," iocantes in re minime iocosa.

Στέργοντες δὲ οὕτω τὴν ἐπὶ τοιούτοις πρὸς αὐτοὺς ἡμετέραν ἐξομοίωσιν, τὸ συζῆν αὐτοῖς ὅμως ἀπέστεργον· διόπερ οὐδὲ συμβιοτεύειν ἡμῖν ᾑροῦντο. ἀλλ' ὅτε τις τῶν οἰκοδεσποτούντων ὧδε καὶ ἐκεῖ πλαζόμενος ἀναπολήσει τὴν οἰκίαν εἰς νοῦν, καὶ φαντάσεται τὰ ἑαυτοῦ, καὶ ἐπιθυμήσει παρελθεῖν ἐκεῖ, καὶ ἐγγίσει, καὶ παρακύψει ἐντός, καὶ ἐρωτηθείη τίς ὢν οὕτω ποιεῖ, καὶ ἐξείπῃ αὐτὸς τοῦ οἴκου κύριός ποτε εἶναι, παρελαμβάνετο μὲν ἡδέως, καὶ ὑπανεχόμενος ὡς ἐπὶ τιμῇ ἔβαινεν ἁβρὸς ἔσω, καὶ εἶχεν ἀσπασμὸν καὶ προεδρίαν καὶ βρῶσιν καὶ τὸ πιεῖν, τὰ δ' ἐπὶ τούτοις τῷ ἀνδρὶ ἐκ τῶν βαρβάρων δεξιώματα θανατηρά· κρεμάθραι γὰρ καὶ αἰκισμοὶ καὶ ἐξ ἀχύρων καπνοὶ καὶ ἕτερα καινότροπα κακὰ ἐπὶ χρημάτων ἐκφάνσει καὶ δόσει. ὧν διδομένων πάλιν κύκλος ἐν τοῖς αὐτοῖς· ἀναρτήσεις γὰρ τοῦ ἀθλίου καὶ καταφοραὶ βαρεῖαι πληγῶν, ἕως ἂν ἢ ἐμπλησθῶσι τῶν ποθουμένων οἱ 301 δήμιοι ἢ ἐλεήσωσιν. ἐγένετο γάρ ποτε καὶ τοιόνδε τι, ὡς εἰ καὶ λέων πεινῶν καὶ ἐνδακών, εἶτα ἐλεήσει ἢ ἀφήσει τὸν αἰκιζόμενον ἡ ζωή. τῶν τινὰς δὲ οὕτω πασχόντων καὶ ἄλλως τοῦ ζῆν μετέστησαν οἱ αἰκιζόμενοι, δείσαντες μὴ πολὺν θησαυρὸν ἐκ τοῦ κολαζομένου ἐξευρηκότες ἀφαιρεθῶσι πρὸς τῶν κομήτων τὸ εὑρημένον, καθὰ συνέκειτο. Κωνσταντῖνος γοῦν τις ὁ ἐπίκλην Κεκαλεσμένος, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήθων τὰς

Ita illi nos in istis rebus sibi socios optabant, vitae societatem abhorrebant, ut qui ne versari quidem nobiscum vellent. sed si quis aedium dominus, huc illuc aliquamdiu iactatus, in mentem revocasset domum, recordatusque res suas, et illuc redire cupiens, accessisset, et intrasset, interrogatus deinde, quisnam esset, quod ita faceret, respondisset, ipsum se esse aedium dominum, benigne ille recipiebatur, et, tanquam honoribus ornandus, hilaris ingrediebatur, salutabatur, principem locum obtinebat, cibo potuque recreabatur: at deinde hominem a barbaris hospitia mortifera manebant: succussio quippe, contumeliae, fumus ardentium furfurum, alia vexationes variae, nisi divitiae ostenderentur et traderentur. quibus traditis, idem rursus vexationum orbis: suspendia enim hominis miserrimi et graves verberationes fiebant, donec aut explessent habendi cupiditatem carnifices aut miserarentur. namque accidebat hoc nonnunquam, quemadmodum leones esurientes saevientesque subito miserantur, quam corripuerunt bestiam; aut deficiebat vexatos vita. ex iis autem, qui ita afflicti sunt, nonnullos etiam ultro immanes isti vita spoliabant, veriti, ne magnas divitias a miseris adepti praeda, prout convenerat, a comitibus privarentur. Constantinus certe quidam, Cecalesmenus

χεῖρας, φαντασάμενος τὰ οἰκεῖα οἷς τὴν καρδίαν κεκόλλητο, καὶ οὕτω πόθῳ τοῦ οἴκου ἀγρευθεὶς καὶ ἀπαιωρηθεὶς καὶ μυρίας πληγὰς ἐντριβεὶς καὶ κατὰ ἑκάστην ἀπαιώρησιν ἐξεράσας χρήματα καὶ εἰς πολλὰ κορυφώσας αὐτά, εἶτα καὶ ἐλαφρίαν παθὼν λογισμοῦ, καὶ ἐν τῷ ζητῆσαι λαβεῖν τι ἐκεῖθεν παρακρουσθείς, καὶ ἀπειλησάμενος καταμηνῦσαι τὸ πρᾶγμα τοῖς κόμησιν, οὐκ ἔσχεν ἔτι κεφαλήν, ἀλλ' αὐτὴ μὲν κατεχώσθη που ἐκκοπεῖσα, ὁ δὲ λοιπὸς Κωνσταντῖνος ἐξερρίφη νεκρὸς ἀβοήθητος.

Ἔσχε δὲ καὶ τοῦτο τὸ κακὸν ἑτεροίαν ἐπίτασιν. γλυκανθέντες γὰρ οὕτω τῷ κέρδει τῶν οἰκοδεσποτούντων οἱ βάρβαροι ἐνελόχων ἔσω πυλῶν, καὶ εἴ τινα παροδεύοντα ἴδοιεν δόκησιν ἀνδρὸς πέμποντα πλουτοῦντός ποτε, ἥρπαζον αὐτὸν ἔσω οἷά τινες δεινοὶ θῆρες ἐκ φωλεοῦ, καὶ βιαζόμενοι ἐτυράννουν, ἕως τι τῶν κατὰ σκοπὸν ἀνύσαιεν. εἰ δέ τινες καὶ συμβιοτεύειν αἰχμαλώτοις ἤθελον, εἶχε μέν τι καὶ τοῦτο βάρος, ὡς οἱ εὖ πάσχειν δοκοῦντες περιηγοῦντο, ἦν δέ πως φιλάλληλον αὐτὸ καὶ ἀνθρωπικώτερον.

Οὐκ ἦν οὐδὲ τοὺς θείους ναοὺς ὕμνοις ἀσκύλτως περιᾴδεσθαι τότε, ἀλλ' εἶχε καὶ τὸ καλὸν ἔργον τοῦτο ἐπήρειαν. καὶ τὰς μὲν ἀρχὰς ἱκαναὶ ἡμέραι καὶ οὔτε ἐκλείοντο οὔτε σύναξις ἦν ἡ ἐθὰς ὡς ὑμνεῖσθαι θεόν, ἀλλ' εἴ που ὡς ἐπὶ

cognomine, vir strenuus et divitiis abundans, rem familiarem recordatus, quacum corde conglutinatus erat, atque ita rerum suarum desiderio irretitus, suspensus et plagis infinitis verberatus, et, quum quovis suspendio evomuisset divitias easque admodum cumulasset, postremum, consilii deceptus imprudentia, et lucrandi aliquid spe falsus, comitibus se rem indicaturum esse minatur, nec iam caput super humeros gestat, sed abscissum id obruitur alicubi, reliquus Constantinus proiicitur, cadaver ope destitutum.

Habuit autem illa quoque miseria aliam quandam accessionem. delectati enim ita aedibus divitiisque alienis, barbari intra fores latebant, et si quem praetereuntem viderent, qui speciem hominis opulenti prae se ferret, abripiebant illum intra parietes, prorumpentes tanquam e latibulo ferae bestiae, vexabantque contumeliis, donec adipiscerentur, quod desiderabant. si qui vero una vivere cum captivis vellent, habebat id quoque magnam molestiam, ut narrabant qui ceteris beatiores videbantur, sed erat tamen ea conditio quasi quaedam officiorum coniunctio et humanior.

Ne licebat quidem sacra templa hymnis personare sine iniuriis, sed etiam laudabile id opus execrationem experiebatur. atque ab initio quidem dies effluxerunt complures, quibus nec claudebantur

σκέπῃ καὶ ἀναπαύσει αἰχμαλωσίας, ὅσα καὶ κατ' οἴκους. ὅτε δέ ποτε καί τις ἄδεια ἐξεφάνη καὶ θεῖοι πυλεῶνες ἐκλείσθησαν καὶ φῶς μυστικὸν ἀνήφθη καὶ ἡρμόσθησαν ψαλμοὶ καὶ ἱερεὺς ἐτέλει καὶ λαὸς ἡμέτερος εἶχε σχολήν, κατὰ ἰσχὺν τότε ὁ δαίμων ἀντέπραττε, τῶν φαύλων Λατίνων εἰστρεχόντων καὶ ταῖς ἱεραῖς φωναῖς ἐπιβουλευόντων καὶ λαλαγούντων καὶ συνήθη βαΰζόντων, εἴ πως ἐγκόπτουσι τὴν συνέχειαν τοῦ καλοῦ.

Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ τὸ ξύλον, ὅπερ εὔθετόν ἐστι κήρυκος δίκην σημαίνειν τῷ λαῷ τὴν ἐκ' ἐκκλησίας ἄθροισιν, κωλύειν ἤθελον. ὅτε γοῦν τὴν ἀρχὴν ἐκρούσθη τοῦτο περὶ τὴν καθολικὴν πρὸς δείλην ἑσπερινήν, ξιφήρεις αὐτίκα ἐπὶ τὸν κρούσαντα κατὰ ῥιπὴν ὀφθαλμοῦ ἢ τάχος ἀστραπῆς οἱ βάρβαροι, καὶ τὸν διάβολον συνήθως μασώμενοι καθ' ὕβριν ἡμετέραν "τί τοῦτο" ἔλεγον, καὶ ἐκώλυσαν τότε τὸ ἔργον. καὶ διέβη τὸ τούτων θέλημα κατὰ φόβον τὸν ἐξ ἡμῶν καὶ εἰς τοὺς λοιπούς, ὅσοι οὕτως ἔψαλλον. μετὰ δὲ οὐ πολλὰς ἡμέρας, τῆς ἑορτῆς ἡμῖν ἐσαύριον ἀχθησομένης τῆς ὑψώσεως τοῦ παντιμίου σταυροῦ, ἀνῆλθον μὲν οἱ ἱεροκήρυκες εἰς τὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς καθολικοῦ ἱεροῦ κορυφήν, τὰ συνήθη τελέσοντες ἐν ἐπιτομῇ· οὐδὲ γὰρ ἐξῆν πλατῦναι διὰ τὸ τῆς εὐφημίας οὐκ ἀπρόσκοπον. καὶ ὡς ἐσήμαναν τῷ ξύλῳ τὴν ἑορτὴν τρανέ-

templa, nec consuetae conciones ad deum hymnis celebrandum fiebant, nisi forte, utut in domibus quoque ob defendendam mitigandamque captivitatem. quum autem tandem timor parumper cessasset, et sacrae valvae clauderentur, ignis mysticus incenderetur, psalmi recitarentur, sacerdos operaretur, populus otio frueretur, tum vero violenter obnitebatur diabolus, siquidem Latini scelesti irrumpebant, et divinis cantilenis obstrepentes usitata sibi vociferabantur, num forte interpellare possent sacri officii ordinem.

Iidem lignum, quod paratum est ad indicendam tanquam per praeconem populo concionem ecclesiasticam, impedire conabantur. ab initio certe quum id percuteretur verperi in ecclesia catholica, illico ea, qua oculus cernit vel fulmen ruit, celeritate barbari gladios adversus percutientem stringunt, et diabolum pro more suo frementes in contumeliam nostram "quid istud" inquiunt, et rem impediunt. ac pertinuit horum voluntas propter metum similis iniuriae ad ceteros quoque, qui ita psallerent. non multis autem interiectis diebus, quum postridie celebranda nobis esset erectae crucis venerabilis memoria, ascenderunt sacri praecones in cacumen templi nostri catholici, solennia peracturi summatim; neque enim plene rem peragere licebat per prudentiam. quum igitur sacrum officium ligno indixissent clarius, rursus

στερον, πάλιν οἱ βάρβαροι, ξίφη γυμνά, καὶ ἄνοδοι αὐτῶν ἐντρεχεῖς, καὶ ἀνακρίσεις καὶ ἔρευναι τῶν κύκλῳ κατά τινα ἰχνηλάτησιν, μή καί τις δόλος ὑποκρύπτοιτο. ὡς δὲ καὶ πολυπραγμονήσαντες καὶ κακολογήσαντες καὶ ἀπειλησάμενοι σταθεροὺς ἑρμηνευτὰς τοῦ πράγματος εὗρον τοὺς περὶ ἡμᾶς, ἐπραΰνθησαν καὶ κατῆλθον ἥμεροι καὶ οὐκέτι ἠνόχλησαν οὐδαμοῦ, οἷα λελυμένου τοῦ ἀπόρου σφίσι πρὸς ἀλήθειαν. τότε δὴ καὶ ἐπῆλθεν ἡμῖν ἀπορῆσαι τί δήποτε τοὺς μὲν ἄνω περὶ τὸν τοῦ μυροβλύτου ναὸν σημαντικοὺς τοῦ ψάλλειν μεγάλους κώδωνας οὐχ ὑποπτεύουσι, τὸ δὲ περὶ τὴν μητρόπολιν συνθηματίζον ξύλον τὴν ἱερὰν σύναξιν βαρέως φέρουσι· καὶ διενοησάμεθα, ὡς εἰκός, μὴ τοὺς τυχόντας Λατίνους δυσαρεστηθῆναι, ἀλλὰ τῶν τινὰς ἐκ τῆς μεγαλοπόλεως, οἳ τῷ ἱερῷ παρατυχόντες πολέμῳ τῷ προεκτεθειμένῳ εἰς ἱστορίαν, καὶ μαθόντες ἐν τῷ μεγάλῳ ναῷ τότε ξύλα τοιαῦτα κροταλιζόμενα καὶ τὸν Ἀνδρόνικον προκαλούμενα ὡς εἰς ἐπικουρίαν τῶν τῆς ἐκκλησίας, ᾠήθησαν κἀνταῦθα ἡμᾶς τοιοῦτόν τι μηχανᾶσθαι.

Καὶ τοιαῦτα μὲν ἡμῖν τὰ ἡμερινὰ κακά, ἐξ ἀπείρων μέτρια καθιστορῆσαι· τὰ δὲ τῶν νυκτῶν οὐδ' αὐτὰ ἔχουσι μὴ οὐ πρὸς ἔριν τούτοις ἀντεπεξάγεσθαι. καὶ τέως ἡλίου κατακυλισθέντος εἰς δύσιν ἐχρῆν τὸν φρονοῦντα ἔσω καλύβης εἶναι, μοχλοῖς τὰς θύρας ἀσφαλισάμενον, ὡς εἴγε μὴ οὕτως

adsunt barbari strictis gladiis, escendunt festinanter, inquirunt indagantque circumcirca omnes tanquam canes sagaces, ne forte dolus lateat; quum vero post multas turbas, contumelias minasque constantes rei praecones nostros inveniunt, mitigati tandem et quieti redeunt, nec iam usquam quemquam impediunt, quippe nodo sibi rite soluto. subibat autem tum nos cogitatio, quid tandem esset, quod eos, qui desuper de templo sancti unguenta exsudantis magnis pulsandis campanis solennia indicebant, haud suspectos haberent, lignum autem, quo ex composito civitati indicitur sacra concio, ita aegre ferrent; atque intelligere nobis videbamur, haud offensos esse, qui forte adessent, Latinos, sed civium nonnullos, qui, quum interfuissent bello sacro, de quo supra exposuimus, et in templo magno tum talia ligna pulsata audivissent ad arcessendum in auxilium ecclesiae Andronicum, tum quoque simile quid nos agere suspicarentur.

Talia igitur mala nostra diurna fuere, e quorum numero infinito nonnulla certe commemorare voluimus; nec vero nocturna indigna sunt, quae cum illis componantur. namque sole ad occasum devecto, prudentem hominem sub tecto esse oportebat, porta vectibus obstru-

ἐποίει, οὐδεὶς ἂν ἐγγύην ἐδίδου περισωθήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ὅτε καὶ κατ' οἶκον κρυβεὶς οὐκ ἔχοι σκότον, ἀλλὰ πυρὶ καταλάμποιτο ὑπουργῷ ἢ καὶ φωτί, ἕτερος τοῦτο κίνδυνος, περιιόντων τῶν Σαρακηνῶν καὶ εἴ τινες δὲ ἄλλοι κατ' αὐτοὺς κακοῦργοι (πολλοὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι), καὶ ἀνακρινόντων τί ποιῶν ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ὕπνον οὐ κατακέκλιται, καὶ κατακλώντων τὰς θύρας, καὶ εἰσπηδώντων ἔσω, καὶ δρώντων ὅσα ἂν καὶ εἶεν βουλομένοις αὐτοῖς. ἔχομεν δ' εἰπεῖν καὶ ὡς οὐχ οὗτοι μόνοι ἐκακοῦντο διὰ πρόφασιν τὸ πῦρ καὶ τὸ φῶς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀνεμπύρευτοι καὶ ἀφώτιστοι. ἀνεξέλεγκτα γὰρ ἐπεισφροῦντες οἱ κακοί, καὶ τὴν νύκτα ὡσεὶ καὶ Ἄϊδου
302 *κυνέην εἰς ἐπίκρυψιν ἀμφιβεβλημένοι, γυναῖκάς τε ἀπῆγον τῶν συνεύνων, ἀφιέντες τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν ἑτεροκλινῆ τῇ ἁρπαγῇ τῆς δυνάμεως, ἣν ὑπὸ ἡλίῳ διευκρινοῦντι κατασκεπτόμενοι νυκτὸς ἀφήρπαζον, καὶ νεάνιδας τῶν γειναμένων, ἀτελεῖς, καθά τις ἔφη, τὰς τῶν τεκόντων ἐπ' αὐταῖς εὐχὰς τιθέμενοι. εἰ δὲ καὶ χρήματα συναπῆγον ὅσα καὶ προῖκάς τινας, ἐκ περιουσίας τουτὶ τὸ κακόν. ἦσαν δὲ οἳ καὶ ἐσφάττοντο ἐπὶ τῶν οἰκιῶν τηνικαῦτα, ἡλίῳ ἀμάρτυρον κακὸν πάσχοντες. καὶ τὸ αἴτιον ἢ νυκτιλόχος μανία ἢ ὅτι ἐξεβόων οἱ κακουργούμενοι. ὅσοι δὲ τῶν βαρβάρων ἐπιεικέστεροι καὶ παιγνήμονες, οὗτοι δὲ ἀλλ' ἠγάπων θύραις ἐναλλόμενοι καὶ κόπτοντες ῥάβδοις αὐτάς, καὶ ἢ ῥιπτοῦντες καὶ εἰς φόρτον*

cta, quoniam, nisi ita fecisset, nemo illum salvum fore spondere poterat. verum, intra parietes licet absconditus, nisi in tenebris esset, sed igne ob opus aliquod accendisset vel lumine illustraret domum, novum rursus periculum erat, siquidem Saraceni et si qui alii illorum similes homines scelesti erant (erant autem multi id genus), circumibant et quaerebant, quid aedium dominus negotii haberet, quominus somno se daret, fores effringebant, irrumpebant, et faciebant, quae ipsis placeret. atque affirmare licet, non solum illos propter ignem scilicet et candelam, sed etiam eos, qui nec igne nec lumine uterentur, vexatos esse. clam enim ingressi, et nocte tanquam galea Plutonis operti et occulti, tum uxores a maritis divellebant, iugo connubiali in alteram partem inclinato vi rapinae, qua auferebant, quam quisque in luce solis sibi elegisset, tum virgines a parentibus abstrahebant, et horum irrita faciebant, ut quis dixerit, pro illarum salute suscepta vota. sicubi bona simul auferebant quasi pro dote, erat id quasi quoddam auctarium calamitatis. fuerunt etiam, qui in aedibus suis tunc occiderentur, cladem passi a sole haud lustratam: cuius atrocitatis causa erat nocturna libido, aut quod exclamassent miseri. qui vero e barbaris modestiores erant et iocosi, ii pe-

ἄγοντες, ἢ ἀλλὰ γοῦν τοὺς κυρίους τοῦ τόπου ἀποστεροῦντες τοῦ ὕπνου.

Δοκῶ μοι, ὦ πολῖται καὶ δι' ὅλων συναεθλευταί, καὶ ὑμεῖς δέ, ὦ νεήλυδες, ἠκριβωσάμην διαγράψας τὰ καθ' ἡμᾶς

percussae et audaciam summam expertae; praeterea de ineptis illis concursibus cursitationibusque, quas aestas proxima vidit, nihil illas utiles.

Verum ut haud oporteat ista quidem leviora commemorari ab homine iusto, quippe quorum mentio inutilis sit hominibus implacabilibus, sed etiam terra obtegi: gravissimum certe recensendum est in causis perniciei nostrae, mutuae de rebus, de quibus minime decebat, susurrationes, quae clamorem certaminis exitiosissimi nobis excitarunt; pignorum interversiones, quibus ditati sumus, quamquam hic illi rident, qui etiamnunc divitiarum amantes sunt; infitiationes pactionum, quibus praelucet venerabilis crucis imago, deinde subsequitur etiam mentio sanctae trinitatis unius et omnipotentis dei ab utroque perscripta paciscentium, pactionemque iureiurando confirmantium: quae res propter crimen periurii deum necessario nobis infestum fecit.

Quid causas miseriae alias multas persequar, ubi deest tempus? sufficiat monuisse, deum iustum et iustitiae amantem esse: quare nullam ille communionem habet cum hominibus, qui ingenio dissimili sunt, neque cessabit unquam variis viis insectari omnes, qui in numero iniustorum deprehendentur.

Videor mihi, cives tum rite nobiscum militantes, tum vos, recens conscripti, accurate et solerter exposuisse res nostras, et quasi imagine

τεχνικῶς, καὶ εἰκόνα ταύτην ἐν ἡμῖν ἀνεστήλωσα διδασκαλικὴν ὧν ἐπάθομεν· καὶ ἔστιν ἀπὸ τῆς ἄρτι ὄφελος διαβαίνειν εἰς τὸν τῇ ζωγραφίᾳ ταύτῃ ἐπεντρανίζοντα, καὶ μὴν καὶ ἀγαπῶντα· ὡς ὅ γε τὴν ἀκριβῆ διαζωγράφησιν μεμισηκὼς οὐδὲν ἧττον, φασί, καὶ τὴν ἀλήθειαν συνεμίσησεν. οἶμαι δὲ καὶ ὡς εὐλαβητέον, μὴ τῇ περιφρονήσει τῶν ἐνταυθοῖ διεζωγραφημένων καὶ τῇ ἐντεῦθεν ἀπαλειφῇ τοῦ τυπώματος ὧν πεπόνθαμεν, ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ἑτέρῳ μεταχρονίῳ ἀρχιζωγράφῳ τῶν τοιούτων πινακογράφημα ἕτερον ἐφ᾽ ὁμοίοις παθήμασιν ἐν ὑμῖν στήσασθαι. εὖ γὰρ ἴστε πάντως ὡς οὐ μίαν πληγὴν θεὸς ἐντήκειν οἶδε τοῖς ἀνεπιστρόφως κακοτρόποις, οὐδὲ εἰσάπαξ, ἀλλὰ πολλὰ βέλη παρ᾽ αὐτῷ ἡ μυνικὴ φαρέτρα κρύπτει, ἐξ ὧν ἀεὶ κατασκοπεύονται αὐτῷ καὶ βάλλονται, συνεκπολεμούσης αὐτῷ καὶ τῆς ἀρᾶς [τοῦ μυροβλύτου]. ἀλλὰ μὴ ἡμῖν, κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ᾽ ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν. ἐξελοῦ [δὲ] θλιβομένους ἡμᾶς, καὶ οὕτω δοξαζόμενος κατὰ τὸ "καὶ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου ἐπικαλέσεις με, [καὶ ἐξελοῦμαί σε,] καὶ δοξάσεις με," τὸν ὄντως ὑπερδεδοξασμένον, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

quadam ostendisse, quae passi sumus; atque necesse est, procedere nos ab ea, quam modo proposuimus, tabula ad eum, qui tabulam curiose intuetur adeoque diligit: quippe qui oderit accuratam imaginem, pariter, aiunt, etiam rem ipsam oderit. cavendum est igitur, ne, quum contemnuntur, quae hic depicta sunt, et propterea deletur extinguendis coloribus imago eorum, quae passi sumus, mox ab alio talium rerum pictore primario tabulam alteram in simili miseria vobis proponi oporteat. bene enim nostis omnes, deum non semel nec nisi unam plagam infligere solere hominibus obstinate flagitiosis, sed multas conditas esse in pharetra eius sagittas, quas perpetuo intendit et emittit, provocatus etiam precibus sancti, qui unguenta exsudat; noli vero in nos, domine, noli in nos illas intendere, sed auge gloriam nominis tui, et libera nos a vexationibus, gloriosus secundum illud "die vexationis tuae profecto invocabis me, et liberabo te, et tu me gloriaberis," qui omnem gloriam exsuperas per omnia saecula.

AD

LEONIS GRAMMATICI

VITAS RECENTIORUM IMPERATORUM

Fr. Francisci Combefis Ordinis Praedicatorum

Congregationis S. Ludovici,

NOTAE.

Leonis Grammatici an extet monumentum aliud aut memoria, me latet. fuisse eum supparem illis quorum res gestas prosecutus est, ipsa subscriptio clare indicat. num is ipse sit cuius meminit Cedrenus initio historiae, *Λέων ὁ Καρίας*, coniectura non levis fuerit, cum ipsum Leonis nomen, tum quod alia ac tantisper recentiori manu subiectum extat illi subscriptioni in Reg. cod. *Λέων πρόεδρος καὶ δοὺξ τῶν κιβυραιωτῶν ὁ Τζικάνδαλος, καὶ οἰκεῖος ἄνθρωπος τοῦ κραταιοῦ καὶ πρώτου ἡμῶν βασιλέως.* adiectum enim hoc ad auctorem designandum sibi quis facile persuadeat. Cibyra Plinio Cariae est, etsi aliis Phrygiae, quae sunt regiones vicinae. at num magis istud Vaticano ac Barberino continuatori anonymo conveniat, quem et Cedrenus praecipue post Theophanem sublegit, haereo. is namque vere imperatoris, atque id primi, familiaris fuit, uti liquet ex prooemio, quo suam illi historiam ac recentiorum imperatorum vitas inscribit, nempe Constantino, qui et primus imperator, etsi eum Romanus ab eo imperator adlectus gradu deiecerat, primumque ipse locum ac gerendae reipublicae auctoritatem summam usurpaverat, ac praeter titulum vix aliud quod sit maiestatis Constantino reliquerat. at nihil vetat fuisse Constantino, ut

erat literarum amicus, domesticos plures seu familiares, quorum ipse studia foveret. vix quicquam Leoni grammatico ac anonymo illi continuatori commune ad usque Basilii Macedonis vitam, quae ipsa non continuatoris anonymi sed ipsius Constantini Basilii nepotis lucubratio est: in reliquis pleraque affinia, plerumque etiam iisdem verbis concepta, aut ex aliis alia facta tantisper mutatis vocibus, ut alterum alterius usum laboribus necesse sit. a fusioribus mihi Notis temperandum, iis duntaxat breviter, quoad licebit, expositis quae lectori moram iniicere possent, sua iam mole importuno fere volumine, ac cum futurum sit ut in sequenti eadem perplura recurrant, aut quibus haec essent illustranda. Leonis Armeni vita, subiecta Theophanis operi, incerto auctore ex Regio producta, prius ipsa recensenda, quae nec ipsa spernenda est.

1 *καὶ λοιπὸν Μιχαήλ*] ita ms cod. qui modus loquendi indicat esse haec ex pleniori historia, ad supplementum aliquod Chronologiae Theophanis, extracta.

2 lacuna facile sarcienda ex Theophane, qui et ipse primo Michaëlis anno coronatum ait eius filium Theophylactum die 25 Decembris: adeoque scriptum sit *εἰς τὰς ἑορτὰς τῶν Χριστοῦ γεννῶν*, nisi auctor affectata brevitate sic locutus est, ut et infra p. 433 Leonem coronasse filium ait *φθασάντων τῶν ἑορτῶν;* iterumque eodem modo loquitur, cum de illius ficta crucis ac imaginis adoratione.

3 *ποιοῦντες μαϊουμάδας*, *Maii kalendas tripudio celebrantes:* de qua profana celebritate Meursius, Lacerda etc.

4 *καὶ λοιπὸν ἰδόντες πάντα*] de hac Orientalium, eorumque Ducis Leonis Armeni defectione non omnes consentiunt. cum auctore facit Ignatius diaconus, ex quo forte acceperit ipse, ut et Cedrenus: *πρὸς τοὺς ἐπὶ Θρᾴκην Οὔννους πόλεμος τῷ βασιλεῖ συγκεκρότητο, ἐν ᾧ τῆς ἥττης Λέων πρωτεργέτης γενόμενος παντὶ τῷ στρατοπέδῳ τὴν μετ' αἰσχύνης φυγὴν ἐμαιεύσατο.*

5 *τροποῦνται*] *insidias hostibus struere.* familiaris vox Theophani eo sensu *τὸ τροποῦσθαι.* ipse elegantius Theophanes *λογισμοῦ τινος τρόπον*, ait rem Crumum existimasse, *insidiarum quandam struem.*

6 socer cuius deo invisum imperium ait Michaël, Nicephorus est, cuius erat Procopia filia Michaëlis uxor.

7 *ποιήσας ἰδιόχειρον*] ita patriarcha enitebatur, sed non obtinuit Leonis astu deceptus, rem differendam praetexentis in tempus aliud commodius, ac ubi capessivisset imperium, uti multis Ignatius diaconus, nec non continuator Vaticanus.

8 *ἐπιάγουρον*] vocem *ἄγουρον* pro ephebo atque iuvene in aula merente exponit Possinius in Anna Comnena, cuius Alexiad. l. 7 ea vox extat. at vocem *ἐπιάγουρον* iterum invenio in Leone grammatico p. 460 de Basilio Macedone dictam, cum robustus proceroque corpore iuvenis Theophilitzis comitatui adlectus est, quem Constantinus in Basilii vita eiusmodi iuvenum, ac qui pulchri essent, *εὐειδεῖς*, ait fuisse studiosissimum non male hic P. Goar *virili:* at malim, *grandi robustoque.* ibi non placet *agrestem iuvenem:* potius *robustum, fortem, grandem;* de quo statim *οἷον ἄγουρον νῦν ἀπελάβομεν qualem nunc masculum comitatui adlegi?*

9 *τὸ πάνυ*] nihil est cur redundare existimetur: nec enim novum ut et superlativis adverbia eiusmodi adiungantur.

10 *κόψας καὶ τὴν σοῦδαν*] *vallum latum excisum opponens.* sic p. 416 Nicephorus ambustus dicitur in Bulgaria, *τῷ τῆς σούλας πυρί*: *igne valli,* inquit Anastasius nempe lignis illis quibus Crumus castrā circumsepiverat.

11 *τοῦ καὶ Καβαλίνου*] fecit Leonis haec diligentia ut et patres Constantini istam pseudosynodum accurate refutaverint; quae eorum refutatio, seu potius S. Nicephori eorum nomine, luculenta extat in uno cod. Regio, perquam digna luce.

12 *καὶ Κασυμαθᾶ μαθόντα τὴν γραμμ.*] ego sic reddam, *qui Casymatha ludimagistro grammaticam didicisset, senexque legisperitus ad Sphoracii aedes diversatus esset ac pueros docuisset.* liquet enim unum hic designari Sylaei sive Pergensem episcopum Antonium, qui omnibus his gradibus eam sit adeptus sedem, haeresimque iconomachorum promoverit, non tres diversos, quod sonant verba interpretis.

13 plura Ignatius diaconus de tota hac disputatione in S. Nicephori vita, eiusque exitu ac persecutione ecclesiae illata.

14 *τῶν ἑορτῶν*] amica auctori vox: qua ubique Christi natalem significet.

15 *σκυλῆναι*] *vexari.* habetur ea vox Luc. 7 et 8.

16 *σταυρὸν ἔχων εἰκόνα*] *crucem in quo imago depicta esset*, forte ipsius Christi ex ea pendentis, quam ipsam iconoclastae improbabant. nudam crucem hactenus ii tolerabant, eo mitiores nostri aevi sectariis, non ita quae adiunctas vel appictas imagines haberet. crucem nuper ligneam ferente Graeco hieromonacho vidi, in qua tota fere euangelica historia subtili satis statuario opere efficta extabat.

17 *οὔτε ἐπιδιατάσσομαι*] ipsa est aliis verbis prima interrogatione S. Nicephori responsio p. 437 : *nihil eorum quae etc. nova ordinatione everto.* sic semper vetus fides unaque.

18 *διεφορήθη*] *difflato humore aut sudoribus resoluto tantisper convaluit.*

19 *τὸ συρτὰ*] non *silenter* putem, uti redditum: non enim ita peragitur quod tumultuaria militum manu exequendum mandatur: sed *trahendo* apertaque vi patriarchio exportarent, necdum scilicet per aegritudinem ipsum incedere valentem.

20 *ἀπέκτεινεν καὶ ἐθαλάσσωσεν*] *interemit ac pelago mersit*, ex utroque scilicet ordine. quid velit de revocatis exulibus deficiente codice divinare non possumus.

21 *τὸν χαλη.*] uno verbo auctor anonymus *τὰ ζωδία τοῦ ἱπποδρομίου.* draconem intelligo ad circi mare seu aquarum sinum ac fontem.

22 *ὁ Ἀμορραῖος*] non placet ea vox, nec quod emendatum, *ὁ Ἀμωραῖος.* melius continuator Vat. *ὁ ἐξ Ἀμορίου.* quod statim sequitur de remissa tantisper Michaële imperatore excitata a Leone persecutione, egregie Ignatius in vita S. Nicephori exponit, qui et navatam viro sancto operam ut Michaëlem ecclesiae addiceret pulchre describit, deterrendo nimirum ab haeresi decessoris exemplo, qui ita misere in templo vitam abrupisset. quaesitam item Michaëli *ἀδιαφορίαν*, et ut quod vellet quisque sectaretur, nec alii aliis obloquerentur; eaque silentii conditione Nicephorus sedem reciperet. verum haec tantisper expectanda, ut et laudatus continuator, qui ipse fuse prosequitur quae Leo velut solum acu notat.

23 *ἀφ' ὧν*] aliter emendem quam interpreti visum [omittit Goarus]; leviorique seu potius nulla mutatione, sed unius duntaxat elementi, quod festinanti scribae excidit, restitutione, ut *ἀντὶ τοῦ ἀφ' ὧν*, sit *Ἄφρων*: *cum haud ita pridem Afri ob peccata populi, eorumque qui rerum potirentur impietatem, coepissent res Christianorum in humile cogere, suaeque ditionis facere.* dictum hoc distinctione ab aliis Arabibus, qui pridem in Syria Aegypto ac locis aliis rem labefactassent Romanam. Cedrenus Arabes Hispanos vocat qui Cretam ceperunt aliasque insulas, ipsi nimirum qui et consederunt in Africa ac utraque loca tenebant.

24 *προσεκαλέσατο*] isthaec eadem pluribus continuator Vat. et ex eo Cedrenus; qui hanc Theophili severitatem non tam iustitiae zelo ascribunt, quam ut ille sibi ab insidiis

caveret subditosque a violenta in principem manu deterreret. Leonis grammatici ratio, ut voluerit ulcisci principem iconoclastam eidem ipse addictissimus haeresi, ieiunior est, cum nec pater illius ab ea abhorreret. summi Theophili rigoris iure dicendo exempla affert plurimumque laudat auctor orationis Dominica τῆς Ὀρθοδοξίας, nobis edita Auct. tom. 2; e quibus hic aliqua refert Leo et sugillat.

25 *μετ' ὀλίγον δὲ καὶ μάγ.*] paulo haec latius Leo quam continuator aut Cedrenus qui tamen alia addunt scitu digna.

26 illud *μετὰ παρακλήσεως* exponam ego *obsecrando*, velut scilicet pro iniuria excusando, cuius ille memoria noluerit sedem recipere ac dignitatem, Theophilo interim maioris ecclesiae oeconomi officium imponente; quae officia non minoris erant Graecis quam summa ipsa sacerdotia ac episcopatus, uti fere nostris cardinalitia dignitas atque purpura. gloriantur enim etiamnum clerici maioris ecclesiae velut et ipsi de latere sui antistitis; quem ideo proxime assectari debeant, ac provincialibus ipsis episcopis praeire.

27 *τὸ φυλακτόν*] est quod Cedrenus *σταυρὸν* appellat. sic ipse P. Goar p. superiori, *δοὺς τὸ ἴδιον φυλακτόν. propria cruce amuleti loco e collo pendente ipsi tradita:* non ita bene hic, *salvum conductum*, quod rem minus explicet. continuator Vat. *καὶ μάρτυρας τῶν εἰρημένων τό τε τοῦ βασιλέως ἐγκόλπιον καὶ τὸ χρυσοβούλλιον ἐδίδου aurеam bullam contradit*, seu tabellas eius sigillo obsignatas ac manu subscriptas, quibus nec expressa figura crucis deerat. aliud tamen ac peculiarius τὸ *φυλακτόν, ἐγκόλπιον, σταυρός*, semel et iterum ad maiorem sacramenti religionem Theophilo usurpatum. C *τοῦτο ἐν μείζονι τιμῇ, ἢ τὸ πρῶτον κάθιστο. quae res, sicque parta victoria fecit, ut in maiori quam prius honore haberetur. τῷ προτέρῳ πλεονεκτήματι.* hic deest vox aliqua; putem, *πεποιθώς: priore confisus compendio:* bene animatus ex superiori victoria Manuëlis auspicio.

28 *Ζάπετρον*] continuator ac Cedrenus *Σωζόπετραν* scribunt, amerumnis patriam, cuius excidii ulciscendi causa is Amorium postmodum excidit Theophili patriam.

29 *διὰ τὸν τοῦ ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν*] obscurum hoc. num *διὰ τὸ τὸν ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν: urbem tunc opulentam ac potentia claram, eo quod inde Amerumnes oriundus esset;* ut subaudiatur, aut desideretur vox *ὁρμᾶσθαι*. vel *διὰ τὴν τοῦ Ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν πατρίδα. quod esset illic Amerumnis patria;* an magis hiatus est? integre vero laudatus continuator: *τὴν Σωζόπετραν ἐκπολιορκήσας πατρίδα τυγχάνουσαν τοῦ*

Ἀμεραμνουνῆ. ὑπὲρ ἧς ἐγένετο ἐκεῖθεν διὰ γραμμάτων προτρέψασθαι ἀναχωρεῖν τὸν Θεόφιλον ἐκ τῆς πατρίδος αὐτοῦ.

30 tria continuator adversus sacras imagines impiorum imperatorum edicta profert, 1. a Leone Isauro, ut sancti nomen nunquam illis appingeretur, aut id illae vocarentur; quod dei proprium diceret, ut sit ac dicatur sanctus. 2. a Michaële Theophili patre, ut non adorarentur. 3. a Theophilo *τὸ μηδὲ χρώμασι ταύτας τυποῦσθαί τε καὶ μορφάζεσθαι.*

31 *ἄγοντα*] ad hoc interpres: *redundat;* itemque seq. linea ad illud *οὐ καθεκτὴν Ῥωμαίοις.* mihi utrumque aptum ac sensui necessarium. primum ita expressit continuator: *ὡς δ' ἡμάρτανεν αὖθις, καὶ τρίτον δὲ ἐκ στερροτέρας ψυχῆς τὴν συνέχουσαν φάλαγγα τὸν βασιλέα διέκοψεν, καὶ πλησίον ἐγεγόνει τούτου, ὡς καὶ ἱμᾶσι τὸν ἐπιφέροντα τοῦτον ἐπιδῆσαι ἵππον καὶ αὖθις ὑπεξερύσασθαι ἐτύγχανεν.* adeoque exiit *ἄγοντα τοῦτον ἐξάγων*: *vehentem illum equum educens.* alteri simile illud laudati auctoris: *ἐτρώθη τὴν ψυχὴν ἀνήρ, βασιλέα Ῥωμαίων αἰχμάλωτον γενέσθαι φοβούμενος καὶ τῶν ἐχθρῶν ὑποπόδιον.* Leo ita scribit, ut eo in praelio vulneratum Manuelem exque vulnere brevi mortuum significet, cum continuator calumniam subiungat huius ipsius officii occasione ortam, qua coactus est ad Agarenos fugere, ac reliqua superius Leoni de illo enarrata. uter certiora monumenta secutus sit, haud facile sit divinare. non deesse ait continuator qui hanc illius fugam ad Agarenos sub Michaële Theophili patre ponant.

32 *ἵππος ᾧ ἐποχεῖται*] hanc equi ablati historiam longe aliter continuator ac Cedrenus narrant; eorumque vero similier narratio. Manuelem in Persarum expeditione adversus Amorium adhuc superstitem, postque ipsum Theophilum, iidem faciunt; nisi iste alius atque iunior Manuël existit.

33 *ὁ πρωτοσύμβουλος*] hic quoque ipse amerumnes supremusque Arabum dux ac velut imperator sic appellatur.

34 hanc proditionem Boiditza auctore, et ut nihil astrologiae in ea intervenerit, sed sola indicatio partis illius murorum qua facilis esset ad urbem accessus, sagitta cum epistola e muro in hostium castra emissa, solidius Vaticanus continuator, quam vel Leo vel Cedrenus qui rem paucis perstringit.

35 *Θεόφιλος*] sunt hi turmae 42 martyrum praecipui heroës, quorum certamen continuator Vat. describit. *πρωτοσπαθάριος εὐνοῦχος ὁ Κρατερός.* unus haec Theodorus.

36 huius Constantini constantiam atque operam confirmando Theophilo pulchre enarrat laudatus auctor.

37 *τὸ Σαξιμοδέξιμον*] exponit continuator quid istud in eo fonte esset.

38 *αὐτόν*] melius *αὐτοί*, deestque vox aliqua, qua praeter subditos Persas alii significentur Theophobo addicti. Amastri consedisse *μετά τινῶν ἐκκρίτων ἀνδρῶν* habet anonymus, cum Theophilo suspectus ab eo discessit; qui ipsi videantur, per quos rerum summane in Theophobum transferatur timet Theophilus.

39 *τῇ δὲ α' κυριακῇ*] videtur hic hiatus, ut incipiat auctor referre historiam restitutionis imaginum prima illa dominica quadragesimae, quam multis continuator Vat. prosequitur; nisi compendio sic Leo scripsit. *τὴν ἐκκλησίαν εἰρήνευσεν τῇ α' κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν ecclesiae pacem composuit dominica prima quadragesimae.* tum sequatur de Theoctisti expeditione: *ἀπέστειλεν δὲ Θεόκτιστον.*

40 *καὶ τὴν φυγάδα* sit *καὶ τὴν φυγὴν δὲ προεχ.*] *fugamque expedivit, audiens Augustam alium imperatorem creasse:* cui forte nupsisset, uti in superioribus et sequentibus non desunt quae sic assumptis in maritos imperii faces detulere; idque Theoctisto formidabile, qui puerulo imperatore, ac matre Augusta, summa in aula auctoritate polleret. nihil ergo necesse contra textus fidem reddere, *Augustam urbe fugisse.*

41 *τὸν αὐτὸν πάλιν*] nihil hic hiulcum, sed post vocem *φανείς*, ut fuerit descripta eius in urbem receptio, tametsi rem sic male in Creta gesserat; sequaturque iniuncta alia expeditio, in qua nihil felicius cessisse Theoctisto ipsa haec Leonis mutila indicant, ob illius severitatem odioque in eum quibusdam proceribus ad Saracenos deficientibus.

42 *ἀπέχθειαν*] anonymus ista suppressit, ut et Cedrenus viri forte reverentia, quem pene auctorem restitutarum imaginum agnoscunt.

43 *ὁ Κόμης*] emendat P. Goar, non bene: is enim iam obierat, primis fere Leonis Armeni annis, ac dum ingentem illam expeditionem urbem eversurus parat, uti Reg. anonymus supra; eratque iam Baldimer illius nepos Bulgarorum princeps, ut Leo ipse iam dixerat. quem hic Michaëlem Bulgarum vocat, num ipse sit quem paulo ante Baldimerem appellaverat? ego sic puto occupato eum vocasse, etsi et illud postea nomen in baptismo accepit a Michaële impositum, uti habetur p. 462. quo etiam loco et ante baptismum eadem occupatione Michaël nuncupatus invenitur. Cedrenus Crumi

successorem, utique Baldimeris patrem, Crumi nepotis, Crytagonem vocat. quid si Leo quem et Baldimerem et Michaëlem dixerat, ex patris etiam nomine sic nuncupavit, scripsitque ὁ *Κρυτάγονος*, ex quo imperitus librarius suum *Κόμης* expresserit, ut est facilis error in nominibus propriis? Bulgarorum principem ac dominum comitem appellatum me legisse non memini; nec aliter emendem quam exposui.

44 *ἐπιάγουρον*] *robustum*, *procero corpore ac stipato*, non *agrestem*. vide p. 431, ubi et de voce *ἄγουρος*. vulgari lingua est *ἄωρος immaturus*, ut non omnino dissideat ista significatio ab altera, qua pro adulto robustique corporis iuvene accipitur hic et apud Nicetam.

45 *εἰς ἣν καὶ ἐλοιδορεῖτο*] forte mulierculam uxorem tradens qua scorto abusus esset, uti etiam inferius liquet fecisse Basilio. sic Plutarchus *λοιδορεῖσθαι εἰς δυσγένειαν*.

46 *τῇ νύμφῃ αὐτοῦ συμφθείρεται*] nempe repudiata, ut habet continuator Vaticanus *ἀλλόγως καὶ ἀναιτίως* uxore propria.

47 *ποιῆσαι παραίτησιν*] *quo se ille munere abdicaret*. quod tamen minime consecutus est, obnitente Ignatio, donec per iniuriam depositus vique expulsus est. multis tragoediam prosequitur Vat. continuator, ut et Nicetas, auctorque vitae Nicolai Studitae.

48 *τῶν ἀθέων Ῥῶς*] narrat laudatus continuator, exque eo Cedrenus, brevi post missis legatis factos esse Christianos.

49 *κυρίαν αὐτὴν ἔχειν*] *illi honorem ceu dominae haberet*, eam observaret, nec tam sibi uxorem haberet quam Michaëli spurcissimo concubinam servaret; ex quo etiam pag. 468 dicitur Leonem suscepisse.

50 *βάψαντες*] vivifico nempe calice usi atramenti loco ad horrorem ac religionem sacramento conciliandam, quam tamen foede erant violaturi: quin neque alio animo iurabant quam ut deceptum iureiurando hominem urbe educerent, ac necarent. solus Leo hanc videtur historiam tetigisse: Vat. continuator Basilii forte reverentia pressit, in gratiam nepotis illius Constantini.

51 *ἐν ταξειδίῳ*] dicitur esse princeps, cum extra urbem vel animi causa vel exercitii sive etiam bellici apparatus moratur. producemus Pselli epistolas tomo altero ad imperatores aut eis comites, *ἐν ταξειδίῳ*; quibus nempe eorum temporum illustretur historia.

52 *τὸν χρυσοπέρσικον χιτωνίσκον*] P. Goar ad Codini cap. 19 caesiam tunicam exponit, quae velut Caesaris insigne erat. videndi illic docti illius Commentarii.

53 *διβιτίσιον καὶ τζαγγία*] putem saccum imperatoris insigne cum calceis, quibus Basilius indutus dicitur a cubiculariis, superiniecta chlamyde; quo habitu Graeci imperatores passim induti cernuntur apud Chalcond. etc.

54 *εἰσαγαγεῖν ἐν σάκκῳ*] *sacco indutum producere*, tunica scilicet imperiali, uti etiam Iannes cum archiepiscopali pallio tumulo eductus est, *ἅμα τῷ ὠμοφορίῳ*: ut his in Circo solenni ritu exuta cadavera vapularent ac tum cremarentur, uti factum est.

55 *γενεσίου*] *generalis logothetae.*

56 *ὁ Πέρσης*] hunc Persam ipsa hac pagina *Eulogium* appellat, cuius suasu Artabasdus palatii fores Basilio aperuit vimque papiae fecit.

57 *Ἀπελάτης ὁ Πέρσης*] ipse qui superiori pagina *Εὐλόγιος* dictus est, ac paulo superius absolute *ὁ Πέρσης*. nec video ut vox *Ἀπελάτης* sana sit, aut quid ad rem [Goari] *Ἀπελάκης*. melius *Ἀπλάκης*, cuius est alibi mentio, non ut sit ipse hic Persa qui Michaëlem occidit. quid si *ἀπελαθεὶς δὲ ὁ Πέρσης*?

58 *κίονα ὑποσυστημάτων*] *columnam compagem sustentantem.*

59 *ὁ δὲ θυμωθεὶς*] causam abrogati Photio episcopatus mitius refert Constantinus; nempe *ut et verum sponsum ecclesiae et filiis patrem ex canonum ratione redderet*, cessare iusso incubatore Photio, donec alterum dominus ad se transferret.

60 *τὸ δευτέρον αὐτοῦ*] sic emenda. *τὸ δεύτερον*: *Ignatium patriarcham iterum constituit.* tum sequatur: *ἐγεννήθη δὲ αὐτῷ Ἀλέξ. οὗτος παῖς* [*αὐτοῦ.*] *fuit hic eius filius, ac legitimus;* reliqui scilicet Constantinus et Leo Michaële nati erant, Ingerina Eudocia ei pellice.

61 *εἰς Τιβρικοῖς*] scribe ex Constantino *εἰς Τεφρικήν*, qui hanc clare expeditionem narrat. spectare Tephricem ad Armeniam ex eo colliges.

62 *ἐν τῇ Ἀφρικῇ*] emenda *ἐν τῇ Τεφρικῇ*.

63 *ἐβάπτισεν τοὺς Ἑβραίους*] minus rem cessisse advertit Constantinus, plerisque eo defuncto ad vomitum reversis. durius in eos egit Heraclius, qui poenis ad baptisma adegit; Basilius beneficentia magis invitavit.

64 *τὸ μετόχιον*] *septum, ambitus, porticus:* nam et *μετοχὴ* etiam *ὁ περίβολος* redditur.

65 *τῷ τοιούτῳ κτίσματι καὶ θεῷ*] quod scilicet aedificium ad dei honorem susceptum tanti faceret, ut in sua statua eius substerni fundamentis ambierit.

66 *Κωνσταντῖνος υἱὸς Μιχαήλ*] sic ingenue Leo, cum alii Basilii filium dicant. Cedrenus: *Κωνσταντῖνος ὁ πρεσβύτερος τῶν τοῦ Βασιλέως υἱῶν ἐξέλιπε νόσῳ πυρετικῇ.* Basilii filius hominum existimatione utpote Eudocia eius coniuge susceptus; idem tamen re ipsa Michaëlis, qui ea concubina uteretur.

67 *λῶρον φορέσαντος*] indumenti genus videatur, idque cultioris, quo imperator tanti templi a se extructi encaenia honorare voluerit. quid si *τὸ ἐπιλωρίκιον* explicatum ad Codinum de Officiis? *le saye royal.* sceptrum ea voce significari non facile persuadeor: taenias, quarum etiam usus in habitu Augustali, num significet, cogitet lector.

68 *γεγονότος ἀφανοῦς*] nihil hic emendandum. *ac ubi disparuit, vidisse se eum arbitrabatur, non fuisse delusum.* sic passim quibus praestigiatores eiusmodi imponunt.

69 lego *ἀκριβῶς μεμνημένος*: *tanquam in Apollonii secta diligenter versatus, ac artis magicae valde peritus.* nota Apollonii Tyanaei conficta miracula atque magia.

70 *ἐν τῷ τουβίῳ*] Constantinus, *τοῦ ὑποδήματος ἐντός.*

71 *ἀποσυνοψίζει Λέων ὁ βασιλεύς*] *paterna praesentia atque conspectu privatus erat*, nondum scilicet plene ei restituta paterna gratia, ad quam ei restituendam ea videtur lusa fabula, ut sicut proceres in convivio solvi carcere obtinuerant captata occasione ex psittaci Leonem memorantis ac velut deplorantis garrulo strepitu, sic populus in S. Eliae solenni processu, cui Basilius devotissimus esset, ac velut festi gratia indulgentiam absolutam paternumque successori solium ambiat. illuc enim illa exclamatio collineat, *gloria tibi domine*, subintroducto Leone ac praesente sub ipso patris processu, eiusdemque ad eam responsio. eiusdem vocis vis aperitur et pag. 483, ubi de Damiano refuga, cum quo Leo vellet mitius agi, dicitur *ἤθελεν ὁ βασιλεὺς ἀποσυνοψισθῆναι αὐτῷ*: exprimuntque Cedrenus et Anonymus *συγγνώμης τυχεῖν αὐτόν.* *hanc ei mitissimam poenam imponi ut in conspectum venire non liceret. se retirer pour un tems de la cour.* sic sequentia eiusdem Anonymi declarant: *ἐποίησε Σαμωνᾶς ἀπὸ ὄψεως μῆνας τέσσαρας ἐν τῷ Καίσαρος καθήμενος, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς βασιλικῆς ὄψεως καὶ ὁμιλίας κατηξιώθη.* sic de ipso Leone *ἐποίησεν ἀπὸ ὄψεως μῆνας τρεῖς*: quos istud secutum est.

72 *ἐκέλευσεν*] iniqua sententia: unde et Constantinus solum metum ex cervo refert, reliqua ut odiosa Basilio, silentio premit; illius magis laudum orator, quam rerum ab eo gestarum certus enarrator.

73 depositio, quam Santabarenus poscit ut nudus sacerdotio posset poenis addici, argumento est antiquae traditionis, ut ante depositionem, quae erat sacerdotum, nihil sibi laica potestas in clericos, praesertim episcopos permitteret. cui rei vindicandae studet Illustrissimi archiepiscopi Tolosani Petri de Marcas labor et opera.

74 adulterii consuetudinem cum Zoë habuisse Leonem docet Cedrenus etiam vivente Theophanone, ut ea causa fuerit propinati viro illius veneni.

75 *τὸ βασιλεοπάτωρ*] titulus a Leone inventus, idem fere qui *συμπένθερος* seu etiam *ὁ παραδυναστέυων*: cui tanquam patri imperator deferret, cuius maxime consiliis rem publicam regeret.

76 *Κακῶς διοικοῦντες*] *indebitis vectigalibus gravantes.* de Symeone plura auctor vitae Lucae iunioris tom. 2 Auct. decerptae, ac propediem plenius Boëlando mense Februario producendae.

77 *depositus est*, vetito forte Leone cum ea contrahere ob praecedens adulterium; forte etiam viri Zoës homicidium, quae monstra etiam ecclesia Latina arcet a nuptiis.

78 *τῷ βασιλεῖ Λέοντι ὁ Μουσικός*] sic bene Anonymus: *accusati sunt apud Leonem imperatorem Musicus*

79 *τοῦ τζυκανιστηρίου*] *ad descensum sphaeristerii*, siquidem *τὸ τζυκανίζειν* Acmeti est pila ludere. sic vero ex equis ludebant; adeoque fuerit haec quoque Circi pars, seu quid illi coniunctum.

80 emenda *κρατηθέντα*: *captum Nicolaum Hetaeriarcham in transitu, cum Ioanne urbe amandavit.*

81 *μυστικὸς ὢν*] de hac voce docte P. Goar ad Codinum pag. 599, ubi etiam militare vocabulum ostendit.

82 *ἀνακομίσας*] addit Cedrenus *ἐξ Ἐφέσου*: ubi nempe creditus S. Mariae Magdalenae tumulus, uti Lazari in Cypro.

83 *τῆς μεσοπεντηκοστῆς*] est hic dies Christi disputationis memoria assertaeque illi divinitatis, Graecis celebris medio tempore pascha inter et pentecostem, in quem laudatorios sermones Auct. tom. 1 produxi. sic aperte continuator Leonisque codex, quicquid ex eo male exscriptum sit. quo forte modo erratum ignoratione vocis et in Cedreno, ubi editum *πεντηκοστῆς* plura enim nescivisse legere ex suo co-

dice eum qui primo edidit liquet: unde et stomachum facit, quod nulla maiori collatione cum mss codd. exque iis emendatione a nostris recusus est.

84 τὴν ἑορτὴν] clarius Anonymus τὴν τοιαύτην προέλευσιν.

85 ἄστεπτος] Cedrenus: ἐβίω χρόνον συχνὸν μετ' αὐτοῦ ἀστεφής: *diu cum eo vixit nondum donata nuptiali corolla*, aut *celebratis cum eo nuptiis:* de hac enim, non de imperiali corona sermo est, quicquid sibi interpres indulserit: de qua etiam postmodum subditur, deposito ministro qui coronare praesumpsisset, ipsoque Leone sacris prohibito, abhorrente scilicet a quartis nuptiis Graeca pietate, quae vix tertias indulget.

86 ἀπεσυνόψισεν δὲ ἐν τῇ αὐτοκρατορίᾳ τοῦ βασιλέως] horum interpretem alium nolim quam Vat. continuatorem, ex quo sic Leonem scripsisse omnino coniicio, ἀπὸ συνόψεως ἐν τῇ κουρατωρίᾳ τοῦ βασιλέως. *egit menses quattuor aula exclusus in Bardae domo, quae imperatoris peculii ac fisci privati erat.* sic nempe confecto Barda eas sibi aedes Basilius addixerat; hocque est κουρατωρία, uti videre est p. 412 et 504. mirum quam excedant quae sibi interpres commentus est. vide et notata pag. 474, ubi et relata Anonymi verba quibus hic nitor. vox μητατορίκιον P. Goar explicata in Euchologio et apud Cedrenum.

87 χιόνος] Cedrenus χρόνου legit, cum sic effert: οὐ πολὺ παρῆλθε καιρός. etiam Anonymus, χρόνου δὲ ἐπικειμένου πολλοῦ. ubi restituenda negatio ex allato Cedrenus.

88 τοῦ ἔχειν ἄνδρας] Anonymus τοῦ ἔχειν γυναῖκα ἄνδρας. quid si utrumque sancire voluit, pariaque voluit feminae virique iura, *tum nimirum virum tres quattuorve uxores posse ducere, tum uxorem totidem viros.* non κατὰ ταυτόν, *simul et semel*, quod male adiecit Cedrenus (ineptum hoc opinari de viro alioqui sapiente ac probe Christiano, cui et doctissimi viri astipularentur, ut ipse fatetur Leo, nempe Occidentales qui non respuunt quartas nuptias, aliique iis addicti ac sanioris mentis, quos non lateret Romani maxime pontificis auctoritas dispensandi in iis quae sunt iuris duntaxat ecclesiastici, nec id universalis, sed peculiaris in Oriente, uti istud de tertiis et quartis nuptiis vetitis) sed ita ut defunctis aliae aliis succederent, sive etiam alii aliis, lege illa universali praesidium quaerens quartis illis suis nuptiis, quarum nomine Nicolaus patriarcha anathemate ferierat; adeoque scripserit Cedrenus quod et Curopalata, κατ' αὐτὸν *perinde ac ipse*, qui sic quattuor uxores duxerat. haeresim vocat Leo, uti fere Graeci calentiores, quicquid etiam eorum

disciplinae adversatur, nedum quod catholicae fidei contrarium est.

89 *μετὰ τῶν Ἀγαρηνῶν*] delenda vox *μετά*, ac supplendum ex Anonymo *ἀπεσκίρτησε, μὴ τοῦτο πριῆσαι καταδεξάμενος*.

90 *φατλίου τρακτοῦ*] *intra bacillum cerae candidae; intra cereum.* ὁ τρακτὸς κηρὸς Aëtio *cera alba*, et τὸ τρακταΐζειν V. Lexico ex Phavorino *dealbare* est, quod in cera pinsendo fit. de cinibari docte Stephanus in Appendice.

91 *ὥστε μὴ δυνηθῆναι*] *μόλις δυνηθῆναι*, ut quamvis aegre admodum, tamen affuerit atque oraverit *κατὰ τὸν βασιλικὸν τύπον*, *pro eo ac orare Romanos imp. erat usu receptum.* suppetunt ex Naudaeano, nunc Card. Mazarini codice tres eius orationes hoc argumento, Bibliothecae nostrae concionatoriae cum aliis eius inserendae.

92 *χαρτοθεσίων τῆς πατριαρχικῆς σακέλλης.* sic bene Anonymus. *oarmariis mnibus patriarchalis sacelli sive thesauri combustis.*

93 *συάγρου στοιχεῖον*] *apri simulacrum, velut ad coelestis signi rationem illi compositum.* *στοιχειωματικοὶ* dicuntur qui figuras eiusmodi astronomicas superstitiose efformant.

94 *Συμεὼν παρασεσκευάζετο*] foede haec mutila, ac nullo sensu, ex Anonymo et Cedreno supple: *εἰρήνης, ὡς ταύτην ἀσπάζοιτο, καὶ τοῦ φιλοφρονεῖσθαι αὐτὸν καὶ τιμᾶσθαι, ὥσπερ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Λέοντος. ὁ δὲ ἀνοίᾳ καὶ ἀφροσύνῃ κρατηθεὶς τοὺς πρέσβεις ἀτίμως ἐξέπεμψεν, ἀπειλαῖς χρώμενος κατὰ Συμεών, καὶ καταπλήττειν οἰόμενος. τῆς οὖν εἰρήνης διαλυθείσης Συμεών.*

95 *δουκὶ τῶν σχολῶν*] insolens titulus, nec nisi errore librarii ac textus mutilatione natus. emendandum ex aliis *τῷ Δουκός, ἄλ. Δουκί, τῶν σχολῶν Δομεστικῷ* *Constantino ducis filio (sive etiam Duci) scholarum domestico.*

96 *ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ὑπεχώρησιν*] Cedr. *ἄρας ἐκεῖθεν εἰς τὸ ἱπποδρόμιον παραγίνεται.* *se in Circum subduxit.* difficile mihi, uti et Xylandro, quomodo a Circi porta submotus, profectus inde in Circum venerit aut se in eum subduxerit. non enim congruit quod redditum est, *Circo se subducit*: nisi forte per aliam portam, maiorive impetu in Circum perrupit, tumque eo occupato ad Chalcem ipsam palatii portam penetravit, in qua gravis illa pugna conserta fuit. sic equidem existimo.

97 *πολλοὺς τῶν ἐν τέλει*] cum Anonymo, vel *πολλοὺς τῶν συγκλητικῶν* cum Cedreno.

98 *καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς Στέφανον*] sic etiam alii.

99 *ἀντὶ στέμματος*] addunt alii *ὥς φασι*, ut rem sola vulgi fama notam minusque exploratam ostendant.

100 de Patzinacibus, quamque eorum societas e re Romana foret, ipse multis Constantinus de Administrando imperio.

101 habet Cedrenus *πρὸς τῷ Ἀγελώῳ φρουρίῳ*: ex quo etiam Ortelius sibi oppidum facit in Bulgaria. Leoni consentit Anonymus: ex quibus totaque serie corrigendus Cedrenus, qui hanc cladem non Romanorum habet sed Bulgarorum: *τρέπονται κατὰ κράτος οἱ Βούλγαροι.* certe *Ῥωμαῖοι*, quorum et ipse stragem prosequitur.

102 ex Anonymo et Cedreno supplendum ac emendandum. *Ῥωμανοῦ γεγονότος, ἐπειδὴ οὗτος ὀπίσω τοῦ παρακοιμωμένου Κωνσταντίνου περιπατῶν ἀνήρπασεν αὐτὸν — ἐφώνησεν, παραχρῆμα.*

103 *τὸ γὰρ ἄγον εἶχεν αὐτὸν*] Anonymus *ἦγεν*: malim *ἄγος*, ut vocem *εἶχεν* retineamus; nec enim ita *τὸ ἄγον* aut *τὸ ἀγών*, quod emendat interpres, satis congruit: ut sit, *eum enim tenebat rei religio*, deterrebat piaculi conscientia, quod sic nempe in aulam irrumperet. explicat Cedrenus vix a suis potuisse adigi ut rem praestaret ac ad Bucoleonem cum classe accederet. sin *τὸ ἦγεν* placeat, sic exponam: *qui res agit ac moderatur, eum incitabat; urgebat fatum*, ut ita ad imperatorium apicem proveheretur; quod nec ipsum dissonat ab illa eius cunctatione ac trepidatione, quam dei decreto perurgente ita consilio superaverit.

104 *Ἀδνουμίου γενομένου*] *facta militum recensione.* est enim, inquit Suidas, *ἀπογραφὴ ὀνομάτων παρὰ Ῥωμαίοις.*

105 *ἑβδομάριον*] minorem dicas cubicularium. erant enim hebdomarii iuvenes septimanatim cubiculo servientes, quibus praeerant *οἱ κοιτωνῖται* seu *κουβικουλάριοι*, his *ὁ προκαθημένος*: superior omnibus erat *ὁ παρακοιμώμενος.* qua de re bene Meursius ex Codino ipsoque Constantino.

106 *μετὰ τὴν τοῦ Ἀδρελαστοῦ τελευτὴν*] prosequuntur Anonymus et Cedrenus quae spectant ad Rentacium, ex quibus sarcienda erant quae librarii festinatione desunt in Leonis cod. Regio.

107 *τὸ τοποτηρήτην*] mihi suspectum, malimque cum Cedreno *ταγματάρχην qui tribunus esset*, non qui Pothi vicarius. huius Pothi cum laude meminit auctor vitae Luc. iunioris.

108 *πρωτοκαράβου*] forte remigum principe, sive etiam *αρχιθαλάσσου*, quem admiralium vocamus.

109 *ὑποβιβάζει*] *superiore gradu deiicit;* secundarum partium imperatorem facit. sic enim multis Augustis penes unum prima erat ac suprema auctoritas, reliquis eidem subiectis.

110 *τῶν βασιλικῶν*] Cedrenus *τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας*, non ita bene, quod et secutus interpres: aperte enim distingunt Leo et Anonymus. sint nobis *οἱ βασιλικοὶ* quos peculiarius vocamus *domum regiam*, viros scilicet aulae ministeriis regisque ipsius obsequiis addictos; quorum etiam partes non extremae, quoties rege praesente nostri Marte decernunt.

111 *ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ*] supple ex Anonymo *τῷ ὑπ' αὐτοῦ μοναστήριον ἀμειφθέντι*, *quam ille in monasterium mutaverat:* non enim in profana domo sepulta. Cedrenus *ἐν τῷ Μυρελαίῳ*, quod eius monasterii nomen est, ut et ipse Leo paulo post vocat.

112 curopalata hic honoris titulus, non officium in aula.

113 ex Anonymo et Cedreno supplenda: *τοῦ οὕτως ἐπανομαζομένου Μωρολέοντος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον Θυμολέοντος.*

114 *μυστικὸν καὶ παραδυναστεύοντα πατρίκιον καὶ Ἀνθύπατον*] sic bene continuator et Cedrenus, ut tantus hic dignitatum cumulus invidiam provocaverit.

115 *ἰνδικτιῶνος γ'*] sic et Cedrenus. at melius continuator *ιγ'*.

116 *Ἀπολασάθ*] Anonymus *Ἀποσαλάθ*, Cedrenus *Ἀποσβλάθ*, quod affinius continuatori, exque eo tantisper depravatum.

117 *ἄρκλας*] velut *domunculas*, *tuguriola*. describit Choniates in Alexio Comneno.

118 *τὰ μηνιαῖα τριμήτια*] *menstrua trimitia.* trientes verterat P. Goar ad Cedrenum. liquet esse genus monetae apud Theophanem in Copronymo.

119 *τῇ δὲ ψυχῇ καταλλήλῳ τῶν λόγων ἐπεντρυφᾶν ἡδονῇ. οἷς ἐκεῖνος ἐπιμελῶς προσέχων τὸν νοῦν, τὴν ψυχὴν*] Anonymus. en quales lacunae: sed expectandus ipse auctor. sequitur in eodem de Romani erga monachos sanctitate celebres devotione, apud quos occasionem nactus cum lacrimis sua deponeret peccata. notavi in Copronymo eum pium morem ecclesiae Graecae, ut in ea vix alii *πνευματικοὶ* sint ac confessarii quos vocamus, quam monachi probatioris vitae.

120 *ἐτησίως ῥογὰς ἐξαποστέλλων. ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῶν ἀπείρων*] haec hactenus, ne sic hians sit litera: expectanda pleniora.

121 *Βουλγάρων τοῦ Συμεὼν*] Anonymus *μεγιστάνων τοῦ Συμεών*, ut nec illi vox ea redundet, uti P. Goar existimavit. *Ioannes cum aliis Bulgaris Symeonis proceribus*, qui scilicet bello et caedibus assueti Symeoni navassent operam, aegreque ferrent in tranquillum mutatum rerum statum Petro illius filio gentis principe, quem ideo amotum vellent, translato principatu in alterum fratrum Ioannem vel Michaëlem, cuius etiam omissam hic rebellionem continuator et Cedrenus prosequuntur.

122 *κοσμίτης ἔπεσεν ἐν τῷ φόρῳ ἐκ τῶν ἐν τοῖς στοιχηδὸν ἱσταμένοις ἐκεῖσε κιόσι ἐπικειμένων*] Anonymus. Cedrenus *ἐκ τῆς ἀψῖδος ex fornice*, qui et 60 occisos numerat, ubi alii sex duntaxat.

123 lacunam post vocem *Ἀγαρηνῶν* ita expleas, quantum huic loco sufficit: *καὶ διὰ τὸ περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἠβουλήθη ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἔγγονον Ῥωμανὸν τὸν ἐκ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ θυγατέρα ἀναλαβεῖν. φθόνου δὲ αὐτῷ τῆς τοιαύτης ἕνεκεν ὑποθέσεως παρὰ τῶν λοιπῶν βασιλέων κινηθέντος, παύει τῆς ἀρχῆς, εἴκοσι καὶ δύο χρόνους καὶ μῆνας ἑπτὰ δομεστικὸς ἀδιάδοχος τελέσας. Δομεστικὸς δέ.* plura de eo aliisque expectata continuatione.

124 *δῆμοι κατέπεσον*] *subgrundae ceciderunt in Circo. et comminuerunt subsellia et cancellos. τὰ βάθρα* Anonymo et Cedreno, quae Leoni *μάρμαρα λεγόμενα στήθεα.*

125 *προειρημένῃ*] Anonymus *προηγουμένῃ*: quod et congruit, velut dicat, *cum de iisdem ex instituto in sequentibus disseram.*

126 *προτελευτᾷ*] *praemoritur*, nempe Constantino genero, qui imperatorem adlegerat. eius reliquas res prosequitur Vaticanus continuator, qui et ipse in Romano Constantini filio filum abrumpit, sive eius totam historiam non absolvit, sive codex mutilus existit.

INDEX GRAMMATICUS

AD LEONEM.

Epilogus librarii.

Editore Berolini absente operae Bonnenses, correctorem nacti socordiorem, hoc Corporis Byzantini volumen mendis inquinarunt. quod malum ne longius serpat cavebitur: nunc lege p. 6. v. 3. *καρπῶν* 7, 11. *εἶποι* 12, 7. *γενόμενος* 13, 23. *εἰσέτι* 31, 16. *πολὺν* 33, 23. *ζηλωτὴς* 46, 8. *ἀξιώσας* 49, 2. *καταλύεται ἣ* 50, 10. *Δημήτριος* 50, 23. *ὄντων* 51, 22. *στρατηγόν, ὃς* 63, 10. *Ἰώσηπος* 64, 9. *ἐκχωρῆσαι* 68, 6. *Τραϊανὸς* 69, 10. *Ἀδριανὸς* 70, 21. 15|16. 73, 7. *διαδέξεται, καὶ* 74, 16. *Ὠριγένην* 74, 17. *διατρίβοντα* 81, 8. *ἁλωθέντων, ὑπὸ* 86, 8. *ἀντεπέστειλε* 86, 10. *ἐπιγράψας* 88, 4. *ναῷ τῶν ἁγίων* 91, 11. *αὐτῷ,* 92, 16. *οὐκ* 103, 1. *Ἀνάστασιν* 105, 22. , *εἰ* 110, 19. *κτίσεως, καὶ* 117, 5. *ἐτύγχανον* 118, 1 *γράφει* 121, 3. *τοῖς* 121, 22. *πενίαν* 121, 24. add (i. e. addidit) 122, 23 15]14. 123, 19. *Κωνσταντινούπολις* 124, 24. *κακὰ* 129, 23. 14]13. 130, 15. , *ἅπερ* 130, 20. *Βιθυνῇ* 132, 10. *πλατύς,* 132, 11. *ὀξύθυμος* 133, 17. *βεβαιῶ* 133, 23. *ἀπορίαν* 142, 18. *κινδύνου* 145, 16. *γέγονεν* 146, 12. *μεταξὺ* 147, 1. *κεφαλὴν* 147, 19. *ὀλίγον* 150, 22. *θεοῦ* 159, 2. *τοῦ* 159, 12. *ὡς ἀγένειος ἀπελθὼν* 160, 16 *κεκοσμημένον* 161, 19. *ᾐχμαλώτιζον* 163, 22. *τῷ* 167, 21. *ἐχθρῶν* 168, 8. *Ἄνναν* 170, 14. *αἰσχρῶν* 171, 1. *εἴς* 172, 19. *τούτους* 173, 19. *ὧδέ* 174, 18. *μυοῦνται* 175, 8. *καὶ εἰς τὰ* 175, 21. *ὃν* 176, 10. *βασιλείας* 176, 13. *παιδόθεν* 179, 22. *υἱὸν* 181, 7. *ἁγίων* 181, 14. "*οὐδὲν* 183, 1. *ὡς* 184, 3. *ἐπὶ* 185, 15. *ἐλεεινὴν* 187, 8. *τῶν* 187, 15. *περικυκλώσαν* 188, 4. *ἀλλὰ* 189, 6. *μανθάνει, γράφει αὐτῷ* 190, 22. *θεμάτων* Cramerus, *θεαμάτων* cod. 192, 1. *παλατίου καὶ* 194, 15. *βασιλεὺς* 194, 17 *μηδ'* 195, 25 *ἀθέων* 195, 26. *Κωνσταντίνου* 201, 14. *ἐπίορκον* 201, 17. *καθαίρεσιν* 201, 22. *οὗ* 202, 3. *οἶκον* 202, 13. *ὃς* 203, 9. *προφήτης*

204, 16. ἐκεῖνον 205, 9. υἱὸς 206, 1. ἀρχιερωσύνης 206, 3. κουροπαλάτης 207, 23. εἰρ. 207, 21. ἀφορμῆς 209, 1. γοητείαις 209, 19. ὑπεσχημένα 211, 12. ἀπαιδευσίας 211, 20. ἀγυρτώδη 213, 8. μήτηρ 218, 11. Πετρωνᾶ 220, 21. κατὰ 222, 9. ἄκοντα 223, 12. αὐτόν;" 224, 16. ἐκπορθήσεις 225, 24. 1.—1.|7.—10. 228, 4. δυσεντερίᾳ 229, 16. ἀπέχθειαν 240, 3. Βάρδα 240, 10. πληγεὶς τὴν ψυχὴν τὸν 241, 11. τὸν κίνδυνον 242, 23. ?] P. 243, 7. συνεσκεύαστο 246, 6. Βασιλείου 248, 22. μαγγλάβια 258, 16. κόσμῳ 260, 5. εἰπὼν 265, 5. ποιήσῃς 268, 18. Λέοντα 271, 11. παρατυχοῦσιν 271, 15. ἐξήγαγεν 272, 23. Ζωῆς 280, 14. τοιαύτην 286, 10. διαπραττόμενος 294, 18. δὴ] τὰ 300, 12. τὸν 317, 13. ὑπεῖξεν.

INDEX GRAMMATICUS

AD EUSTATHIUM.

INDEX HISTORICUS

AD LEONEM.

INDEX HISTORICUS
AD EUSTATHIUM.

BONNAE, TYPIS CAROLI GEORGII.

Corpus scriptorum historiae
byzantinae